cōmiſſis. aut v̄tute alteriꝰ: ⁊ ſic vnuſ
qſqȝ merito xp̄i pōt ſatiſfacē qd̄ ē in
finitū. Et ſi obiiceret̄ q2 xp̄s liberauit
nos a pena debita ꝓ pccīs nr̄is iuxta
illud. 1. Pet. 2. c. Pcc̄a nr̄a ipſe ꝑtulit
in corpe ſuo ſup lignū: Qd̄ exponenſ
magiſter ſniaꝝ. in 3°. di. 19. ait. Pcc̄a
portare eſt penā illorū exoluē. ⁊ ad
hoc eſt dictū Iſaie. 53. Vere lāguores
noſtros ipſe tulit: ⁊ dolores noſtros
ipſe portauit. g̊ nulla ſatiſfactio pena
lis erit neceſſaria. vl̄ ſi erit neceſſaria
nō plene xp̄s ſatiſfecit ꝑ nob. Rn̄deri
pōt ſ̄m Bon̄. i. 3°. di. 19. q2 paſſio xp̄i li
berat nos a pena pnīe q̄ttū ē de ſe: q2

ſm ꝙ dicͭ magiſter in lrā in baptiſmo
oīs pc̄a q̄ ꝑ pcc̄o deƀ penitꝰ relaxaƀ
Sed cū hō pcc̄a iterat reddit ſe idi/
gnū tāto bn̄ficio. Et ꝑ paſſionē nō re
mittiƀ ei tota pena: ſ minoraƀ ſm ꝙ
dicit magiſter i lrā quātū decet ⁊ ex
pedit ſalua dīna iuſticia. Eſt ḡ poſſi/
bilꝭ faciliſqȝ pena ſatiſſactoria. qm̄ vt
ſcribiƀ. ff. de re. iurꝭ. l. ipoſſibiliū. ad i/
poſſibile nemo teneƀ. Et ut Augꝰ dicͭ
in ſermōe. Deꝰ ſeruū pigrū nō dāna/
ret ſi ea que nullo mō fieri poterāt i/
peraret. ¶ 2ᵐ. remediūȝ ꝯtra timorem
ſatiſſactiōis ē ꝯſideratio modicitatiſ
ipſiꝰ pene. Oīs eteni pena tpalis mo
dicū ē: ⁊ q̄ſi nihil reſpectu future pene
non ſolū īferni: ſ etiā purgatorii. de
cuiꝰ grauitate ſuo loco diſputabitur
¶ 3ᵐ. remediū ꝯtra timorē ꝑtactū eſt
ꝯſideratio breuitatis pene ſatiſſacto/
rie. Nā ſicut breuis ē vita ita breuis
eſt pnīa ꝑ quā ſalui eē valemꝰ. Qua
re nullo timore pnīa ē differēda. ¶ 2ᵃ.
cā q̄re pleriqȝ differūt pnīam age dƀ
pudor ſiue verecūdia. Erubeſcūt eniȝ
⁊ verecūdāƀ bn̄facē. qm̄ ſolēt vt plu
rimū hoīes mali quoꝝ multꝰ ē nume
rus volētes bn̄facē: ſuāqȝ malā vitaȝ
emēdari i deriſū haberi. Sed ad con
futationē erroris hiꝰ triplicē pudorē
nōre debemꝰ. videlicȝ. ¶ Primꝰ dƀ cō
mēdabilis. ¶ 2ꝰ vitupabilꝭ. ¶ 3ꝰ abho/
minabilis. ¶ Primꝰ pudor ſeu vere/
cundia dƀ comēdabilꝭ. cū. ſ. qs erube/
ſcit male facē. nā ſm Jo. dama. Vere
cundia ē timor alicuius turpitudinis
Qđ Ariſ. explicauit in 3ᵒ. ethi. Qui ti
met decēs ⁊ verecūdꝰ eſt. qui aūt nō
timet iuerecūdꝰ. Et de verecūdia lo/
quiƀ Valeriꝰ li. 4ᵒ. c. Verecūdia ē pſ

hois honeſti. ꝯſilii tutela. ſolēniū offi/
cioꝝ magiſtra. inocētie. cara. ꝓximis
accepta. alieniſ oī loco oī tpe fauora
bile. pre ſe referēs multū. Et ſapiens
Eccl. 32. ait. Ante grandinē p̄ibit co/
ruſcatio: ⁊ an̄ verecūdiā p̄ibit gratia
Hec verecūdia refrenat ſenſus. mode
raƀ guſtꝰ. librat verba. pōderat ſmo
nes. ornat ſenes. decorat iuuenes. ma
gnificat reges. ſbleuat ſbditos. extol
lit p̄latos. ⁊ mores deaurat. quoniā
qui erubeſcitiui ſūt hac erubeſcentia
⁊ rubore declināt mala. Sed ve mū
do a ſcandalꝭ qm̄ rariſſima ē hec eru/
beſcētia inter hoīes deprauatos. naȝ
nō erubeſcūt publice plaſphemare. lu
dere. rapē. fenerari. piurare. laſciuia
verba ⁊ ſcurilia nō ſolū dicē ſ cāta/
re: inhoneſta veſtimēta deferre: ⁊ p̄/
cipue mulieres pectꝰ colla brachiaqȝ
nudātes: ⁊ ornatu meretricio coram
hoībꝰ exeuntes: ⁊ turpiſſima ſcelera
adulterii fornicatōis ſtupri ſodomie
⁊ ſacrilegii perpetrare. ¶ 2ꝰ pudor dƀ
vitupabilis. cū. ſ. qs omittit v̓tuoſos
actus etiā ad ſalutem neceſſarios ne
mali irrideāt eū. certū eni ē ꝙ diſpli/
cet malis vita bonoꝝ. Vn̄ ſapiēs ꝓv̓
21. ait. Aia impii deſiderat maluȝ. Et
29. c. idē ait. Abhoīanƀ impii eos q̄ i
recta ſūt via. Et 14. c. Ambulās inq̄t
rc̄o itinē ⁊ timēs deū deſpiciƀ ab eo
q̄ infami ḡdiƀ via. Et. 13. c. Deteſtanƀ
ſtulti eos q̄ fugiūt mala. Et h̓ iō ē qȝ
vt dƀ. Joh. 3ᵒ. Oīs q̄ male agit odit
lucē. qđ v̓bū poīƀ. 18. q. 2. i. c. ꝑnicioſū
Vexati fatui ſūt ⁊ abhoīabileſ q̄ ne ir
rideāƀ a malis maloꝝ ſocii effici pati/
untur. Quando etenim mali irrident
eos qui boni ſunt idem eſt ac ſi ceci

irriderēt eos q̄ vidēt aut claudi eos
q̄ recte ābulāt. aut lacēataſ veſteſ ha
bentes illos qui regio h̓itu ſūt amicti
Tertius diciƀ pudor abhoīabilis qn̄
ſ. quis ad penitētiā redire recuſat eo
ꝙ ſua peccata turpiƀ cōmiſſa cōfiteri
confūdiƀ: De iſto ꝟo pudore latiꝰ di
cam i tractatu de ꝯfeſſione. ¶ Tertia
cauſa q̄re multi pnīam in longū ꝓtra
hunt dƀ ſpes hec aūt triplex ē. ¶ pᵃ.
diu viuēdi. ¶ 2ᵃ tplia deguſtādi. ¶ 3ᵃ.
mīam cōſequēdi. ¶ Pria ē ſpes diu
viuēdi ꝺ qua inumerabiles decipiūƀ
ꝓmittētes ſibiipſis lōgitudinē dierū
Nam ut inq̄t Cicero in liᵒ. de ſenectu
te. Nemo ē eni tā ſenex qui ſe nō pu/
tet annū viuē. Et Hiero. ad Herun
tiā. Nemo eſt tā fractis viribꝰ ⁊ taȝ
decrepite ſenectutꝭ vt nō ſe putet ad
huc annū poſſe ſupuiuē: Vn̄ ſubrepit
obliuio cōditionis ſue: vt t̓renū aīal
iam iāqȝ ſoluēdā erigaƀ in ſupbia ⁊
aīo celū teneat. Verūtamē ſic quātū/
cūqȝ excogitare quis velit diuturna
vita ſꝑ breuis erit. Vn̄ ⁊. Jacobꝰ. 4.
c. ait. Que ē vita noſtra? Vapor ad
modicū parēs ⁊ deinde extminabiƀ.
De vite aūt breuitate plene ſcribam
in ſmōe de vita hois ⁊ ꝯtēptu mun/
di. ⁊ in ſermōe de tpe ⁊ i tractatu ꝺ
ꝟtutibꝰ. ¶ 2ᵃ. ſpes eſt tpalia deguſtā
di: Sperat eni diligentes mūdū mun
danis bonis ꝓ libito poſſe diutiꝰ io/
cundari: Et tn̄ expientia docet ꝙ cū/
cta huiꝰ ſeculi falſa ⁊ deſiderata bo/
na caduca ſunt ⁊ vana nullā in ſe ſta
bilitatē firmitatēūqȝ retinētia. Hinc
Sene. ad Lucillū ait. Noli huic trā/
quillitati confidere. Momento mare
euertiƀ vt eodē die vbi luſerūt naui

gia ſorbeƀ: Propƀea a dn̄o Jeſu xp̄o
ꝑpulchra dicta ē ꝑabola quā Lucas
ſcribit. 12. c. Hoīs iq̄t cuiuſdā diuitꝭ
vberes fructꝰ ager attulit. ⁊ cogita/
bat intra ſe. d. Quid faciā: qȝ nō ha/
beo quo cōgregē fructꝰ meos? Et di
xit. hoc faciā: Deſtruā horrea mea ⁊
maiora faciā: ⁊ illuc ꝯgregabo oīa q̄
nata ſūt mihi ⁊ dicā aīe mee. Anima
mea habes multa bona poſita in an/
nos plurimos. Requieſce: comede: bibe
⁊ epulare. Dixit aūt illi dn̄s. Stulte
hac nocte aīaȝ tuā repetēt a te: Que
autē paraſti cuiꝰ erūt? ſic eſt. Qui ci/
bi thesaurizat: ⁊ nō eſt in dn̄o diues
¶ 3ᵃ eſt ſpes mīam cōſequēdi. nā ple/
riqȝ deliberāt oē ſuū tps i iiuriā cre/
atoris ſui exponē ⁊ tandē ab eo mi/
ſericordiā impetrare. Hāc ſpeȝ refre
nat ſapiēs: cū dicit Eccl. 5. Ne dixeris
Peccaui. ⁊ q̄d mihi accidit triſte. Al
tiſſimꝰ eſt patiēs redditor. de ꝓpicia
tu peccatoruȝ noli eſſe ſine metu neqȝ
adiicias peccatū ſuꝑ pcc̄m. Et ne di/
cas. Miſeratio dn̄i magna eſt multi/
tudinis pcc̄oꝝ meoꝝ miſerebiƀ. Mi/
ſericordia ⁊ ira ab illo cito ꝓximat
⁊ in peccatores reſpicit ira eius. Ne
tardes cōuerti ad dn̄m. Subito eniȝ
venit ira illiꝰ ⁊ in tpe vindicte diſꝑ/
det te. ¶ Quarta cā quare peccato
res pnīam retardāt diciƀ deſperatio
ad quā inducūƀ ꝓpƀ tria. videlȝ. ¶ p.
ꝓpƀ pcc̄oꝝ magnitudinē. ¶ 2ᵒ ꝓpter
pcc̄oꝝ multitudinē. ¶ 3ᵒ ꝓpƀ pcc̄orum
viciſſitudinē. Sȝ ꝑ p̄cedētia que dc̄a
ſunt in ſmōe de mīa dei oīa iſta diſ/
ſoluūƀ. Nō ſūt itaqȝ p̄tacte cāe ſuffi/
cientes ⁊ neceſſarie ad retinēdū pec/
catores ne cōuertanƀ ad deum.

⁋ Quā fatue agūt q differūt pniam
ꝑpter impedimenta que poſſūt diffe
rēdo ꝑuenire ꝓpť que exponūt ſe ꝑi
culo maximo. ⁋ Caplm.z.

Secūdū myſteriū declarādū
de dilatiōe pnie dicit fatui
tas. Qui.n.ſic differāt q̈dru
plici ſtultitate laborāt. Prima dr ꝑi
clitationis. zª abbreuiatiōis. ʒª ruina
tionis. 4ª ceſſatiōis. ⁋ Prima fatui
tas dicit ꝑiclitatiōis. qꝛ illi q pniam
nō faciūt cū poſſūt exponūt ſe ꝑiculo
nō facē illā poſſe cū credūt. Hic Hie
ronym⁹ ad Saluiniā de Rebridio ⁊
viduitate ſic ait. Cauēdū ē vuln⁹ qđ
ꝑiculo ⁊ dolore curat. Aliud ē integ̃
naui ⁊ ſaluis mercantiis portū intra
re ſalutis. aliud nudū herēdo tabulis
⁊ crebris curſib⁹ fluctuū ad aſprima
ſaxa collidi. hec ille. Poteſt eqdē eue
nire ut p⁹ diuturnā pccōꝝ ꝯſuetudi
nē malus habit⁹ nō ita defacili amo
ueat ſicq; pccōꝛ impenitēs fiat. Uñ ⁊
Job.zo.c. de tali ſic loquit. Oſſa ei⁹
implebūt vitiis adoleſcētie ſue: ⁊ cū
eo in puluere dōmiēt. Et ſapiēs ꝓv.
zz. ait. Adoleſcēs ambulāſ iuxta viā
ſuā etiā cū ſenuerit nō recedet ab ea.
Et Hiere.iz.c. inqt. Si mutare pōt
ethiops pellē ſuā: ⁊ ꝑdus varietates
ſuas. ſic vos poteritis bñfacē cū didi
ceritis malū. Ex hoc ē ꝙ pccm ex cō
ſuetudine cōmiſſū morti Lazari com
pat. Propť qđ Aug⁹ de pe. di.z.c. ſic
ait. Sicut trib⁹ ḡdib⁹ ad pccm ꝑueni
tur ſuggeſtione. delectatiōe. cōſenſu
ita ipſi⁹ peccati tres ſūt differētie. ſ.
in corde. i facto. ⁊ i ꝯſuetudine. tāq̃
tres mōtes. Una q̈ſi i domo id eſt cū
ni corde conſentit libidini. altera q̈ſi
ꝓlata iam extra portā cū in factū ꝓ
cedit aſſenſio. ʒª cū in uitio cōſuetudi
nis male tāq̃ mole terrena ꝑmit ani
mus q̈ſi i ſepulchro iam putēs. Que
tria genera mortuoꝝ dñs reſuſcitaſ
ſe qſqs euangeliū legit agnoſcit. Ꝟ ibi
In glo vo ponūt hi v̇ſus ſup verbo
tanq̃. Mens mala mors int⁹ malus
actus mors foris vſus. Tuba puella
puer Lazar⁹ iſta notāt. Hāc v̇bo hūc
motu lachrymādo ſuſcitat illū. Xp̄s
⁊ i medico naſcit eger hō. In Lazaro
aūt reſuſcitādo q̈tuor erāt ꝯditiōes.
Prima qꝛ fetebat. zª qꝛ lapis erat ei⁹
ſepulchro ſuppoſit⁹. ʒª qꝛ ligatos ha
bebat pedes ⁊ man⁹. 4ª qꝛ ſudario
velata erat facies ei⁹. Job.xi.c. Sic
repiunt ſpūalit iſta q̈tuor in pccōre
qui longo ſpacio pcca retinuit. ꝓ ſe
tet deo angelis ⁊ hoīb⁹. zº ē ei lapis
ſuppoſitus id eſt mala ꝯſuetudo. Uñ
glo. Jo.xi. ait. Dñs fremuit ⁊ lachry
matus eſt ⁊ clamauit voce magna qꝛ
difficile ſurgit quē mola male ꝯſuetu
dinis premit. hoc eſt qđ Juuena. pul
chre decantat li.ʒº. ſatyra.i. Cōſuetu
do mali tenet inſanabile vulnus. Et
Marcialis cocus. Mens aſſueta ma
lo firmi⁹ heret ei. Et Ouidi⁹ de arte
amādi. Fac tibi ꝯſueſcat nil ꝯſuetudi
ne maius. Rō eſt: qꝛ ſm Ari.li. de me
mori. ⁊ reminiſcen. Cōſuetudo ē alťa
natura. Et li.7º ethi. Cōſuetudo na
ture aſſimulat. Et li.pº. retho. Simil
eſt ꝯſuetudo nature. ꝓpe eni qđ ſepe
ei qđ ſemꝑ ē. Eſt aūt natura ei⁹ quod
ſemꝑ. ꝯſuetudo ei⁹ qđ ſepe. hec ille.

⁋ ʒº habet man⁹ ⁊ pedes ligatos: quia
īpotēs factuſ eſt p⁹ pccm ad bñ oꝑan
dum. 4º pccōꝛ habet faciē velatam
ſudario: qꝛ ex quo in tenebris pccōꝝ
fuit ſpūale viſū amiſit. de talib⁹ nāq;
pccō. ib⁹ qt. Sophōias.i.c. Ambula
būt ut ceci q dño peccauerūt. Et ſap.
z.c. ſapiēs ait. Excecauit illos mali
coꝝ. Quare ꝑiculoſū eſt frequētare
pcca ⁊ penitētiā ꝓlongare. ⁋ zª fa
tuitaſ illoꝝ q differūt ꝯuēti ad pniā
dicit abbreuiationis: qꝛ cū tēp⁹ breue
ſit nō curant ſibi de ſalute neceſſaria
ꝓuidere. Fatuus nāq; nō īmerito re
putari poſſet ſi qs iter cepiſſet ad lo
cum aliquē ad quē longa eſſet via ⁊
vix ibi ambulāſ ꝑ totam diē vſq; ad
noctē ꝑuenire valeret. ⁊ tamē p⁹ ce
ptū iter ſtās gſceret. o hora veſꝑti
na vł hora cōpletorii ꝓficiā iter meū
Sic fatuus ē q ad regnū celoꝝ deb;
accedē horā tardā ꝓſtolāſ qua ſe ad
pniam ꝯuertat. ⁋ ʒª fatuitas eoꝝ q
differūt pniam facere dr ruinationis
qm̄ peccata ñ deponēs facile ad alia
trahit. Et quāto pcca magis multi
plicant magis grauāt aīam ⁊ ex ꝯſe
q̈nti cū maiori difficultate reſurgit
Ideo legit i vitis patrū ꝙ vēit vox
ad beatū Arſeniū. o Egredē ⁊ oñdā
tibi oꝑa hoīū. Et egreſſ⁹ vidit ethi
opem nigrū cedentē ligna ſecuri ⁊ fa
cientē grandē ſarcinā ⁊ tēptabat le
uare eā: ſ ꝑ magnitudine nō poterat
Et iterū ſcindebat alia ligna ⁊ adde
bat ſarcine. Innitebat adhuc leuare
illā: ⁊ min⁹ q̃ prius poterat. Quā đ
ponebat: ⁊ iterū ſcindens alia ligna
ſarcine adiūgebat. ⁊ fatigabat ſicut
prius illā leuare: ⁊ ꝓpť mai⁹ pōdus
maioreq; grauitatē neqbat illā mo
uere. Fuit hec viſio ſibi expoſita ſic. ꝙ
qui cedebat ligna ⁊ addebat ſarcine
homo pccōr eſt q pccīs onerat⁹ ſepi⁹
illa leuare nō ſufficit: ſ ſuꝑaddēs ⁊ alia
intra ſe dicit. Poſtq̃ congregauero
multa pcca plura priorib⁹: tūc illa le
uabo: ⁊ de illis pniam faciā. ⁋ 4ª fa
tuitas dicit ceſſatiōis. Ceſſat eqdem
mltotiēs ⁊ deficit illud qđ fuerat hō
ꝓmeditat⁹. Premeditati nāq; fuerāt
multi mori in ſenectute: ⁊ mortui ſūt
in iuuētute. ⁊ mori ī domo ⁊ mortui
ſūt extra domū. mori int ſuos ⁊ mor
tui ſūt īter extraneos. mori loquētes
⁊ mortui ſūt ligue vſu priuati. mori ī
diuitiis ⁊ mortui ſūt in egeſtate. mo
ri cū pnia: ⁊ mortui ſūt obſtinati. O
vita fallax. o vita fragilis. o vita mu
tabilis cui⁹ exitū nullus ꝑſcire morta
liū poteſt. Uñ ſapiēſ Eccl.9.c. ait. Ne
ſcit hō finē ſuū: ſ ſicut piſceſ capiunt
hamo: ⁊ aueſ cōprehēdūt laqueo: ſic
capient hoīes in tēpore malo cum eiſ
extemplo ſuꝑuenerit.

⁋ Quā iniqui ſūt q pniam tardant
⁊ cōuerti ad dñm ⁊ agūt ꝯtra deum
⁊ angelos ⁊ ꝯtra ſeipſos ⁊ ꝯtra oēꝫ
creaturam. ⁋ Caplm .z.

Tertiū myſteriū cōtēplandū
circa penitētie dilationē dr
iniqtas. Peccator nāq; qui
penitētiā differt iniqu⁹ ē q̈druplici i
iqtate. ⁋ Prima ē ꝯtra deū. ⁋ zª ꝯtra
angelos. ⁋ ʒª cōtra ſeipſū. ⁋ 4ª cōtra
oēm creaturā. ⁋ Prima iniqtas eſt
ꝯtra deū cui apponit fel in eſcā iuxta
illud pſal. Dederūt in eſcā meā fel: ⁊
⁊ in ſiti mea potauerūt me aceto. Ue
lut eni eſca dñi eſt opus bonū: qꝛ in
eo dñs delectat tāq̃ inter flores: ſm
illud Cant.z.c. Paſcitis inter lilia. i.
inter munda oꝑa. Eſce ḡ domini fel

apponit q bonis opib⁹ que agit ama
ritudinē pc̄ci admiſcet pniaȝ refugit.
Talis etiā qui ſenectutem ad pniam
agendā expectat deteriorē ptē vite
ſue deo reſeruat. ⁊ meliorē diabolo
immolat. ¶ Secūda iniqtas ē i āge
los. Impenitentes vtiq; pro ſuo mō
q̄ʒtū de ſe ē angelos affligere nō eru
beſcūt. nam licet angeli beati ipaſſibi
les ſint: ⁊ oī iocūditate: repleti tamē
vt diximus in p̄cedētib⁹ de maloꝝ cō
uerſione gaudiū aliqd accidētale ſu
ſcipiūt. Hoc vō eis deeſſe neceſſe eſt
cū pc̄cores nō cōuertūt. ¶ Tertia ini
qtas peccatricis aīe impenitētis ē in
ſeipſam. nā dū pc̄cor differt conuerti
vult potius habere ſe malū q̄ʒ bonū
infirmū q̄ʒ ſanū. ſeruū q̄ʒ liberū. in ſta
tu latronis q̄ʒ in ſtatu regis. nihil ha
bētem q̄ʒ oīuʒ bonoꝝ eccl̄ie p̄ticipem
inutilē q̄ʒ multū valētē. Peccatū nē
pe facit hoīem malū. infirmū. mortuū
ſeruū. latronē: q̄ furat̄ bona dei. pau
perem: ⁊ inutilē. ¶ Quarta iniqtas
eſt in oēm creaturā: q̄ p̄pt̄ duriciam
hoīuʒ pc̄corum creature irrōnabiles
quodāmō puniūt̄. Obſcurat⁹ ē enim
ſol tp̄e paſſionis p̄pt̄ iudeoꝝ crude
litatē. Perierūt in diluuio tot aīalia
⁊ volucres celi p̄pt̄ pc̄ca hoīuʒ. Ma
ledicta fuit terra p̄pt̄ pc̄ca p̄moꝝ pa
rentū. Expgiſcimī ḡ o pc̄cores tardi.
ecce nūc tēpus acceptabile inqt apl̄s
.2. Cor. 6. Ecce nūc dies ſalutis. Ne
mini dātes vllā offenſionem nec deo
nec angelis: nec vobiſmetipſis: nec cē
creaturis p tarditatē cōuerſiōis vr̄e
⁊ ſic faciētes accipietis h̄ a deo gr̄aʒ
⁊ in futuro gloriam. Amen.

¶ Dominica i ſexageſima de fructuo
ſo ⁊ vtili v̄bo dei quo mediāte oēs
gentes crediderūt in xp̄m ſaluatoreʒ
noſtrum. ¶ Sermo. 8.

Semē eſt verbū dei. Scribūt̄
hec verba Luc. 8. c. ⁊ i euan
gelio hodierno ⁊ p̄ntis dn̄i
ce. Nihil tam efficax eſſe pōt ad con
uerſionē cuiuſlibet peccatoris. ⁊ cui⁹
libet virtuoſi cōfortationē ſicut de
uota ⁊ frequēs audi⁹ v̄bi diui. Sci
mus eteni p predicationem euangelii
mūdū totū ab idolatrie errore reuo
catū. Nam antea oēs gētes vna ex
cepta populi iudeoꝝ deos falſos cuʒ
vanatiſſimis ſupſtitiōib⁹ excolebant
At vbi vox euāgelii audita ē i omni
terra: oīs error ab eius conſpectu fu
gatus ē tāq̄ʒ ſi tenebre a lucis radiis
fuiſſent depulſe. Ex hoc igt̄ Euſebi⁹
pamphili. li. i. de euāgelica p̄pation͂e
Nō eni pſe qui xp̄m ſecuti ſunt mr̄es
ſuas nephandis nuptiis cognoſcunt
nō hūanis veſcūt̄ carnib⁹ ſcythe qm̄
ad eos vſq; predicatō xp̄i p̄uenit nec
cariſſimos falſa religione ipulſi filios
iugulāt. Hec certe ac talia pene infi
nita hoīuʒ quondam vita vexabāt.
Maſſagethe ac darbices tradūt̄ p̄pi
quos atq; affines ſuos qui ſenectute
cōficiebāt̄ miſerrimos putaſſe. ac iō
īmolatas carnes eorū quos plurimi
fecerāt deuorabāt. Tibareni viuos ſe
niores ſuos p̄cipitarūt. Hyrchani ra
pacis generis auibus ac canib⁹ p̄iicē
ſoliti. Que qdē cūcta inreligioſiſſime
faciebāt. nūc x̄o ſola euāgelica v̄tu
te vndiq; truculētiſſima h̄ peſtis ex
pulſa ē. hec ille. Et ut pleni⁹ itelligat̄
ab oīb⁹ quanta ſit virtus diui verbi

in hoc ſermone de ipſo ↄueniēt̄ tra
ctābim⁹ eo q̄ ſaluator oīuʒ i v̄bis al
legatis in themate dixit. verbum dei
fore ſemē. ſ. ſpūaliū cariſmatū ⁊ dono
rū. In quib⁹ verbis tria myſteria ſūt
declaranda.
¶ Pri⁹ ē de v̄bi dei p̄dicati dignitate
¶ Secūd de predicātis verbū q̄litate.
¶ Tertiū de auditiōis ei⁹ vtilitate.
¶ Sūt qnq; ſūt egregie ⁊ excellentiſſi
me dignitates v̄bi dei ⁊ officii predi
candi. ¶ Capl̄m. i.

Primū myſteriū declarandū
eſt de dignitate verbi dei p̄
dicati ſeu officii p̄dicādi. Et
ad hoc intelligēdū ſubnotabim⁹ qnq;
excellētias de dignitate ei⁹. Prīa dr̄
xp̄i exercitatio. Secūda aploꝝ electō
Tertia miraculoꝝ corruſcatio. 4. p̄
dicatoꝝ defenſio. 5. eccl̄ie ſublimatio.
¶ Prima excelletia verbi diui ⁊ of
ficii p̄dicandi dr̄ xp̄i exercitatio. Dn̄s
qdē Jeſus deus dei fili⁹ p̄dicare vo
luit ⁊ p̄dicationis officiū exercē. Vn̄
Math. 4. dr̄. Cepit Jeſus p̄dicare ⁊
dicē penitētiā agite. Et Luc. 8. d ipo
dicit̄. Iter faciebat p ciuitates: ⁊ ca
ſtella p̄dicās ⁊ euāgelizās regnū dei.
Et ut colligit̄ ex dictis euāgeliſtarū
p̄cipue. Jo. 8. ⁊ . 18. capitulis ſepi⁹ do
cebat p̄dicando i tēplo ⁊ in ſynago
ga. Verūtamē non īmerito querē qs
pōt. Vtrū xp̄s debuit ſolum iudeis ⁊
nō gentilib⁹ p̄dicare. Ad qd reſpōdʒ
Tho. 3. p̄te. q. 42. Q̄ cōueniēs fuit p̄
dicationē xp̄i tam p aploſ q̄ʒ p ipſuʒ
a principio ſolis iudeis exhiberi tri
plici rōne. Prīo rōne impletiōis. 2°. rōne
ordinationis. 3°. rōne triumphatiōis
¶ Prima rō dicit̄ impletiōis. Pre

dicauit eni xp̄s iudeis vt implēt pro
miſſiones factas antiqs p̄rib⁹. nō āt
gentilib⁹: qm̄ popul⁹ ille iudeoꝝ tātū
viuebat ſub dei veri cultu: Vn̄ aplus
Ro. 15. ait. Dico xp̄m fuiſſe miniſtruʒ
circūciſionis id eſt p̄dicationis iudeo
rū propter veritatē dei ad cōfirmā
das p̄miſſiones patrū. Et vt etiam
Hiero⁹ dic̄ ſup illud Mat. x. In viā
gentiū ne abieritis. Oportebat p̄muʒ
aduētū xp̄i nūciari iudeis ne iuſtā ha
berēt excuſationē. dicētes iō ſe dn̄m
reieciſſe: q̄ ad gētes trāſierit. Verūtn̄
ſicut nō debuit a pricipio indifferent̄
ſuā doctrinā gētib⁹ coicare. ita etiaʒ
nō debuit gentiles oīno repellere ne
ſpes ſalutis eis p̄cluderet̄. Iō aliqui
gentiliū p̄ticulariť ſūt admiſſi ſic ſa
maritana. Jo. 4. ⁊ chananea. Mat.
15. Propt̄ excellētiā fidei ⁊ deuotiōis
earū. ¶ 2ᵃ rō quare xp̄s tm̄ iudeis ⁊
nō gentilib⁹ p̄dicauit dr̄ ordinatiōis
Exigebat nāq; debit⁹ ordo ut iudeis
q erāt p̄pinquiores p fidē ⁊ cultū vni⁹
dei prius doctrina xp̄i p̄poneret̄ ⁊ p
eos trāſmitteret̄ ad gētes: ſicut i cele
ſti hierarchia p ſupiores angelos ad
īferiores diue illumiatiōes p̄ueniunt
Vn̄. Hiero⁹ ſup illud Math. 15. Nō
ſū miſſus niſi ad oues q̄ perierūt dom⁹
iſrl̄. Nō inqt hoc dicit qn ad gentes
miſſus ſit ſed q̄ primū ad iſrl̄ miſſus
eſt. Et h̄ p̄dixit Iſaias. vlt. c. Mittā
ex eis q ſaluati fuerūt. ſ. ex iudeis ad
gentes in mare in africam in lidiam
tenētes ſagittā in italiā: in greciā ad
inſulas longe ad eos q nō audierunt
de me: ⁊ nō viderūt gloriā meam ⁊
ānūciabunt gl̄iam meā gentib⁹. ¶ 3ᵃ.
rō q̄re xp̄s voluit iudeis ⁊ n̄ gētilib⁹

pꝛedicare dr̄ triumphationis. vt oſtē-
deret triūphuꝫ ⁊ victoꝛiam crucis ⁊
paſſionis ſue ꝑ quā meruit ptātem ⁊
dn̄iuꝫ ſuꝑ gentes: ſm̄ illud Mat. vlt.
Data eſt mihi ois ptās i celo ⁊ i t̄ra
Maioꝛis ſiqdē ptātis ⁊ v̓tutis oſtē-
ſiuū fuit pꝰ paſſionē ſuam ꝑ aplo̾s re
ducere gētes q̄ꝫ ſi ante paſſionēꝫ ipſe
ꝑſonaliter eis p̄dicaſſet. ¶ Secunda
excellētia v̓bi diui ⁊ officii p̄dicandi
dr̄ aplo̾ꝝ electio. Ad hoc ſiqdē illos
elegit xp̄s: vt ad p̄dicād̄ illos mittēt
Vn̄. Joh. 15. dicebat eis. Ego vos ele
gi de mūdo vt eatis ⁊ fructū afferatiſ
⁊ fructus veſter maneat. ¶ Poſt paſſio
nē v̓o ſuā ⁊ reſurrectione dixit eis il
lud: Mar. vlti. Euntes in mūdū vni-
uerſū p̄dicate euangeliū oī creature.
Et illud Math. vlti. Eūtes docete
oēs gentes. Qđ ⁊ ipſi ꝑfecerūt de q̄-
bus dr̄ i pſ. In om. ter. ex. ſo. eo. ⁊ i fi
oꝛ. ter. ver. eo. Ipſa v̓o experientia do
cet ꝙ ex eoꝝ doctrina mūdꝰ totꝰ illu
minatus eſt. ¶ Sꝫ hic queri ab aliq̊
pōt. Vtrū apli ex diue grē p̄ntia aut
aliq̄ vi ſeu arte ꝓpa p̄dicādo pplo̾ꝝ
coꝛda mētesq̄ꝫ attraxerīt ad xp̄m. Et
dico ꝙ nō potuiſſent tā cito euāgeli
um oībus gētibꝰ cū illoꝛū emēdatiōe
p̄dicare niſi eis affuiſſet virtꝰ diuina
⁊ ſpūs ſcī grā: ſm̄ illud Marci. vlti.
Predicauerūt vbiq̄ꝫ dn̄o coopāte ⁊
ſermonē cōfirmāte ſequētibꝰ ſignis.
Nā tria ſūt illa q̄ vel ꝑ nām vl̓ artē
hoies inducē pn̄t ad aliqd credendū
vel opandū que tamen in aplis xp̄m
p̄dicātibꝰ nō ſūt iuēta. ¶ Primū ē dia-
letica ⁊ loicalis argumētatio. ¶ 2m̄. eſt
rhetoꝛicata ꝑſuaſio. ¶ 3m̄. eſt bonoꝛum
tpaliū ꝓmiſſio. ¶ Primū ē dialetica

⁊ loicalis argumētatio: Argumentū
nāq̄ꝫ vt logici tradūt: ē rō rei dubie
faciēs fidē. His argumētis commoti
ſunt pleriq̄ꝫ ad ſequendū. Platonem
alii. Ari. alii Pythagoꝛā. alii reliquoſ
phos: ⁊ eoꝝ diſcipuli facti. Silibus
inſuꝑ argumētatiōibꝰ: Arriꝰ Appol
linaris. Manicheus Valentinꝰ Che-
rinthus ſoꝛtinꝰ. Hebion. Paulꝰ Sa-
moſitanus. Carpocarches Appelles
Marchion. Hermogenes Nouatus
Macedonius ſloꝛianꝰ Tertulianus
Pelagius Neſtoꝛiꝰ. ⁊ ceteri alii ſua
rū hereſū venena peſtifera diſſemina
uerūt: qbꝰ cōtamiati fuere ⁊ populi
⁊ nationes. ¶ Secūdū qđ pōt hoies
inducere ad aliqd credēdū vel opan
dū dicit̄ rhetoꝛicata ꝑſuaſio. Inquit
eni Seneca ad Luciluꝫ incredibile ē
qđ facile magnoſ viroſ dulcedo oro̾
nis abducat a vero. Et idē de ꝯſola
tione ad Paulinū ait: Pōt eloquētia
que ꝑua ſunt appꝛobare ꝓ magnis.
rurſū magna attenuare ⁊ ad ima de
ducere. Et Tulliꝰ. li. 2. de oꝛatoꝛe ſic
loquit̄. Quid admirabiliꝰ q̄ꝫ res ſplē
doꝛe illuſtrata verboꝝ? Tantā vim
habet illa que recta a bono poeta di
cta eſt vox atq̄ꝫ nimirū regina rerum
oro̾ ut nō modo inclinātēꝫ erigē aut
ſtātē incliare: ſꝫ etiā aduerſantē atq̄ꝫ
repugnātē ut ipatoꝛ bonꝰ ac foꝛti ca
pere poſſit. hec ille. Sūt ad h̄ ꝓpoſi
tū exēpla. Nā recitat Valeriꝰ quāta
ſit vis eloquētie. Et Tulliꝰ i qōnibꝰ
Tuſcul. ꝙ Egeſias Cyrenaicꝰ phs q̄
dā cyrene ciuitati. Egypti adeo co-
pioſe diſſerebat de bono moꝛtis ma
la vite plēiſſime demōſtrādo ꝙ m̓lti
auditis illis ſibi inſerebant moꝛtem.

qua ꝓpter a rege Ptholomeo ꝓhi-
bitus eſt illa amplius edocē. Refert
adhuc Valeriꝰ de ſtudio ⁊ induſtria
M. Cato ceſoꝛinus tam eloquēs fuit
ꝙ nūq̄ ab aliq̊ ḡuatꝰ ꝑ aliū defendi
voluiſſet. Et ut Pliniꝰ dicit in li°. de
viris illuſtribꝰ q̄dragēſies quat̄ accu
ſatus per ſe ſolū cām dixit optimeq̄ꝫ
fuit abſolutꝰ. Et ut Tulliꝰ in. 1. qōnū
tuſculanaꝝ ſcribit. fuit in eo tāta elo
quētia quātā illis tp̄ibꝰ dici potuiſ-
ſet. De Tullio inſuꝑ ſic ait Lactan. li
3. di. inſti. Tulliꝰ ſūmꝰ phs ſecte acha
demice ꝑfectus oꝛatoꝛ ſua eloquētia
coꝛda hoīuꝫ in manibus ſuis habuit
vt qcqd vſq̄ꝫ eloquii ꝑ latinoꝝ alue-
os fluxit: ab hoc fonte ꝓgreſſum eſt
Quāta aūt vis dicēdi fuerit i eo ap
te ponit Plutarchus vitā eius deſcri
bens. Dicit eni cū Cicero venit Rho
dū ad Appolloniū Molōis clariſſimū
oꝛatoꝛē. ⁊ Poſſidoniū phm gl̓ioſum
tradit̄. Apolloniū cū eſſet expꝰs latie
ligue rogaſſet. Ciceronē vt grece ali
qd declararet qđ Cicero libēs fecit.
Ex illa declaratione oēs i ſtupoꝛem
verſi nō poterāt ſaturari d̄ laudibꝰ
Ciceronis. Sed ⁊ Appolloniꝰ venit
in tantā admirationē ꝙ velut ꝑ exta
ſim tractus nō intelligebat: ⁊ ꝑ mul-
tā moꝛā tacitus ſedit dixit tādē. Te
nempe Cicero laudo ⁊ admiroꝛ. Sꝫ
me foꝛtūa grecoꝝ miſit vt videā eru
ditionē ⁊ eloquētiā que ſola bonoꝝ
nobis relicta erat ꝑ te Romā acceſſiſ
ſe. Subdit ⁊ idē Plutarchꝰ de facū
dia Ciceronis. ꝙ dū oꝛauit apud ce-
ſarē. pꝛo Quinto ligario q̄ ex aduer
ſariis ceſaris erat tāta gratia admi-
rabilis fuit vt ceſar in plurimoſ colo

res vultū verterit: manifeſtūq̄ꝫ fuit ꝙ
animus ceſaris mutabat̄. Pharſali-
cam tn̄ pugnā cum oꝛatoꝛ attingeret
ceſar velut amēs coꝛꝑe ac mēte alie-
natus eſt quoſdaꝫ que e manibꝰ ſuis
fluxiſſe libellos dn̄t. Quāe ceſar dul
ci oro̾ni victus eū crimīe liberauit.
Tertiū qđ pōt hoies inducē ad ali-
qd credēdū vel opandū dr̄ tēpalium
bonoꝝ ꝓmiſſio. Sic Maumeth de-
mulſit aures oiuꝫ eoꝝ q ipſū colunt ⁊
venerātur. Pꝛomiſit eis diuitias con
ceſſit laſciuias ⁊ ad oēm voluptatēꝫ
libere laxauit habenas. Quid igit̄ d̄
aplis p̄dicantibꝰ euāgeliū tenendū ē
An ipſi dialetici aut rhetoꝛici vl̓ foꝛ-
te tpalia ꝓmittentes. Abſit: De illis
eteni ait Aug. li. 22. de. ciui. dei. c. 5.
Ineruditos liberalibꝰ diſciplinis et
oino q̄ꝫtū ad eoꝛū doctrinas attinet
ipolitos nō ꝑitos grāmatica nō ar-
matos dialetica nō rhetoꝛica iflatoſ
piſcatoꝛes xp̄s cū retibꝰ fidei ad ma-
re huiuſ ſeculi pauciſſimos miſit atq̄ꝫ
ita vt ex oī genere tam m̓ltos piſces
⁊ tāto mirabilioꝛes quāto rarioꝛes
etiā phos cepit. hec ille. Neq̄ꝫ inſuꝑ
tpale aliqd pollicebāt̄ apli p̄dicādo
qn̄quidē ⁊ ipſi aſꝑnabāt̄ tpalia cun-
cta ſꝑnēdaq̄ꝫ ꝑ etna imoꝛtaliq̄ꝫ vita
clamabāt. fuerunt igit̄ ipſi tube ſpūs
ſcī ſuꝑno munere dei ad officiū p̄dica
tionis deputati. ¶ 3a. excellentia v̓bi
dei ⁊ officii p̄dicandi dr̄ miraculoꝛū
coꝛuſcatio. Cōcomitat̄ qppe ſepenu
mero v̓bū dei claritas miraculoꝛum
nā ſm̄ Tho. 2. 2. q. 178. deus facit mi
racula maxime ꝓpt̄ tria. ¶ p ꝓpt̄ ſci-
tatis alicuiꝰ demōſtrationē. ¶ 2° ꝓpt̄
fidei appꝛobationē. ¶ 3° ꝓpt̄ veritatis

pꝛedicate ꝯfirmationē. ¶ p̊ facit de⁹ miracula ad oſtēdēdā ſcitatē alicu⁹ quē ꝑ merito vite vult pꝛeponē aliiſ in exemplū virtutis: ſicut fecit de magno Anthonio Machario ⁊ aliis.

¶ 2ᵒ facit deus miracula vt fidē appꝛobat. vnde glo. ſup illud pſal. Ut det illis hereditatē gētiū ait. hec fuit intentio miraculoꝝ vt crederēt gētes.

¶ 3ᵒ facit de⁹ miracula ad cōfirmādā veritatē pꝛedicatā. Et ſic facta ſunt miracula ⁊ ſigna p̄dicantib⁹ apoſtoliſ apoſtolicisq; viris. Quiſnā explicet quot ſignis claruit cōfeſſoꝛ dn̄i glorioſus ſanct⁹ Antoni⁹ de oꝛdine minoꝝ pꝛedicatoꝛ egregius. Referā ex multis qd̓ in eius legenda magna ꝯtinet. Dū eni quadā die in ciuitate Bituricenſi populo p̄dicaret tā ingens multitudo ad eū audiēdū cōuenit: q: nullus locus ciuitatis illam cape poſſet. Un̄ canonici ciuitatis ꝓceſſionaliter ciuitatē exeuntes cū ppl̓o ad qd̓daʒ pꝛatū latiſſimū ꝑuenerūt. Dū aūt beatus Antoni⁹ p̄dicare cepiſſet ſubito tp̄s ſurrexit ⁊ tēpeſtas valida adeo q̓ oēs timere ceperūt tā de pluuia futura q̄ȝ de coꝛruſcatiōib⁹ ⁊ tonitruis ⁊ ſic ceperūt fugē ⁊ velle abire. Qd̓ cernēs btūs Antoni⁹ dixit eis. Ego ꝑ pte dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i vobis dico. q̓ nullus veſtrū aliqd mali habebit. ſtetis firmi ⁊ nō timeatis. Qui eis v̓bis fidentes imobiles ad audiēdū p̄dicationē ei⁹ ſteterūt. Et cū grādo groſſiſſima deſcēdiſſet ſup t̄rā circa audientes: nec grādo: nec pluuia deſcēdit cū tn̄ grādo ex nimietate ad altitudinē magnā oēm locū ambiiſſet. Quo viſo miraculo cuncti gratias deo dederūt. Et hō miraculū ſculptū ē in lapide in frōtiſpicio eccl̓ie maioꝛis bituricen̄. Quid dicā de ſancto Petro martyre? Quid de ſcō patre noſtro frāciſco? Quid d̓ ſco Dn̄icoꝰ Quid deniq; d̓ ſcō Bernardino. Lōgū certe eſſet ſingillati eoꝝ miracula ꝓ cōfirmatione euāgelii diuit⁹ facta enarrare. ¶ Quarta excellentia diui v̓bi ⁊ officii p̄dicādi dr̄ p̄dicatoꝝ defenſio. Defēdit eqdē illoſ de⁹ q nomē ei⁹ p̄dicant maxie a trib⁹. ¶ p̊ ab emulis. ¶ 2ᵒ a diabolis. ¶ 3ᵒ a ꝑiculis. ¶ p̊ defendit de⁹ p̄dicatoꝛes ab emulis. Nā ut ſcribit. 2. q. 3. i. c. quicūq;. Quicūq; cōtriſtauerit doctorē v̓itatis peccat i xp̄m ⁊ p̄rem oiuʒ: exacerbat deū ꝓpter qd̓ ⁊ vita carebit. Hic legit in vita btī Amādi epi q̓ cū p̄dicaret quedā ioculatoꝛ irridebat eū q arreptus a diabolo iiuriā factam ſcō ex v̓bis eius fatebat: ⁊ ſe diſcerpēſ ⁊ lacerās vnguib⁹ ⁊ dētib⁹ expirauit. Legitur adhuc de btō francifco q̓ dū p̄dicaret in caſtro Citerne quedam mulier ſupueniēs cū cimbalo pulſabat ⁊ ei⁹ p̄dicationē irridebat: ⁊ a ſcō franciſco p̄monita ut deſiſteret: noluit obedire. Tandē ſcūs frāciſc⁹ dixit. Tolle tolle diabole qd̓ tuū ē. Et ſtati capta eſt mulier miſera ⁊ in aerē leuata ac deinceps ampli⁹ nō viſa. ¶ 2ᵒ defendit deus p̄dicatoꝛes v̓bi ſui a diabolis. Legim⁹ eni d̓ btō Antonio de padua. Q: vltima q̇dragesima an̄ obitū ſuū vacās p̄dicatiōib⁹ ⁊ ꝯfeſſionib⁹ andiendis. in p̄ncipio ipſi⁹ quadrageſime a diabolo tēptatus ē ſuffocari. Qui nomē v̓ginis Marie deuote inuocās ⁊ crucis ſignum fronti impꝛimēs totā cellā lumine diuo circūfulſam cōſpexit ⁊ diabolus ſtatim aufugit. ¶ 3ᵒ defendit de⁹ p̄dicatoꝛeſ a periculis: ſicut pʒ in Paulo q de ſe ipſo dicit in ep̄la hodierna. q̓ fuit in ꝑiculis fluminū ꝑiculiſ latronū. ꝑiculiſ ex gn̄e. ꝑiculis ex gētib⁹ ⁊c. ¶ Quita excellētia verbi dei ⁊ officii p̄dicandi dr̄ eccl̓ie ſblimatio. ſblimat eni eccl̓ia ſcā officiū p̄dicādi tripl̓r. ¶ p̊ mulierū exceptione. ¶ 2ᵒ laicoꝝ ꝓhibitiōe. ¶ 3ᵒ platoꝝ obligatione. ¶ p̊ eccleſia excipit mulieres ab officio p̄dicandi. iuxta illud .i. Cor. i4. Mulieres i eccleſia taceāt. Et .i. Thimot. 2. Docē mulieri nō p̄mitto. Et de con. di. 4. c. mlier. Mulier quāuis docta ⁊ ſcā viros in cōuētu docē vel baptiʒare aliquos nō p̄ſumat. ad idē fac. c. mulierē. 33. q. 5. Et. c. ml̓ier. 23. di. Rō āt quare mulierib⁹ īterdicit act⁹ p̄dicādi. ſ̓m ſcm̄ Tho. 2. 2. q. i77. pōt eē triplex ¶ Pꝛima ꝓpt̓ cōditionē ſexus feminei cui ꝓpter pcc̄m cōuenit ſubiici viro. Docere aūt publice nō ꝑtinet ad ſubditos: ſ magis ad p̄latos. ¶ 2ᵃ ratio eſt ne ai boīuʒ alliciant ad libidinem qm̄ ut ait ſapiēs. Eccl̓i 9ᵒ. c. Colloquʒ mulieris q̄ſi ignis exardeſcit ⁊ ſpeciē eius admirati repꝛobi facti ſunt. ¶ 3ᵃ rō aſſignat q: ut coiter mulieres ſūt inſipientes ⁊ nō ſūt i ſapiētia ꝑfecte vt eis poſſet cōueniēter publica doctrina ꝯmitti. Priuate tn̄ pn̄t ml̓ieres docē q̄ ſciūt. ¶ 2ᵒ eccl̓ia magnificat officiū p̄dicādi laicoꝝ ꝓhibitiōe: q: ꝓhibet laicis oib⁹ publice p̄dicare. Un̄ Gregi. nonus archiep̄o mediolanēſi ait illd̓ qd̓ notat extra de here. c. ſic̄ in vno. cū nōnulli laici p̄dicare pꝛeſumāt: ⁊ verēdū exiſtat ne vitia ſb ſpē v̓tutū occulte ſbintrēt. Nos attēdētes q̓ doctoꝝ oꝛdo eſt q̄ſi pꝛecipu⁹ in eccl̓ia dei mandam⁹ quaten⁹ cū alios dn̄s apl̓os dederit alios ꝓph̄as alios v̓o doctores int̓dicim⁹ laicis vniuerſis cuiuſcūq; oꝛdinis cenſeant officium pꝛedicādi. Ad hoc ꝓpoſitū diffuſe loq̄t. c. cū ex iiuncto extra. e. Rō aūt aſſignat in glo. ſup. d. c. Cū ex iniuncto: q: ſingula officia ſingulis debēt eſſe cōmiſſa. ſicut etiā apte patet 89. di. c. ſingula. Et nō ſolū de p̄dicatione: ſ etiā d̓ qbuſlibʒ aliis negociis eccl̓iaſticis ſe intromittē laici non debent ſicut pʒ extra de iudi. c. decernimus. Et de reb⁹ eccl̓ia. nō alie. c. Cuʒ laicis. Et de arbi. c. Contigit. Et de conſti. c. Eccl̓ia. Et. 96. di. c. Bn̄ qdeʒ. ¶ 3ᵒ eccl̓ia magnificat v̓bū dei ⁊ ſublimat illud p̄latoꝝ obligatōe. obligat eni p̄latos vt de p̄dicatiōe ſollicitaʒ curam habeāt. Un̄ extra de offi. iudi. oꝛd. c. inter cetera. ſic habet. Inter cetera q̄ ad ſalutē ſpectāt populi xp̄iani pabulū v̓bi dei ꝑmaxie ſibi noſcit neceſſariū: q: ſicut coꝛp⁹ mālī: ſic aīa ſpūali cibo nutrit eo q̓ nō i ſolo pāe viuit hō: ſ i oī v̓bo qd̓ ꝓcedit de oꝛe dei. Un̄ cū ſepe ꝯtingat q̓ ep̄i ꝓpt̓ occupationes multiplices vel inualitudines coꝛꝑales aut hoſtiles incurſus ſeu occaſiōes alias ne dicam⁹ defectū ſcie qd̓ in eis repꝛobādū eſt oīno nec de cetero toleradū ꝑ ſeipſos nō ſufficiunt miniſtrare v̓bū dei ppl̓o maxie ꝑ amplas dyoceſes ⁊ diffuſas gn̄ali ꝯſtitutione ſanxim⁹ vt ep̄i viros idoneos ad ſcē p̄dicatōiſ officiū ſalubꝛit̓ exequēdū aſſumāt potētes in opere

⁊ ſermone qui plebes ſibi commiſſas vice ipſoꝝ cũ ꝑ ſe idẽ nequerint ſolli cite viſitãtes eas v̾bo edificẽt ⁊ exẽ plo quib⁹ ipſi cũ indiguerint cõgrue neceſſaria ſubminiſtrẽt ne ꝓ neceſſa rioꝝ defectu cõpellãt deſiſtẽ ab ince pto.hec ibi. In clemẽ.v̾o dudũ.de ſe pult.Aplica auctoritate cõcedit̃ pre dicatorib⁹ ⁊ minorib⁹ vt in eoꝝ eccľie locis ⁊ plateis oib⁹ ppľo ⁊ clero li bere valeãt p̃dicãe ea hora dũtaxat excepta qua ipſi ordinarii locoꝝ ꝑ ſe p̃dicarẽt aut corã ſe facerẽt ſolẽnit̃ p̃dicari niſi ɔtrariũ ex coꝝ volũtate maneret.Arbitror aũt ⁊ ego diſpõe ſpũs ſci actũ eſſe vt p̃ſata licentia p̃ dicandi minoribus ⁊ p̃dicatorib⁹ im ꝑtiret̃ qm̃ niſi ipſi ceteriq; mẽdicãtes excolerẽt vinea dñi ſabbaoth vertice vepres ⁊ ſpine iã iplerẽt illa cũctaq; errorib⁹ multiplicib⁹ ⁊ hereſib⁹ eẽnt maculata.Ubi paupes frẽs deſudant ſtudiis lrãꝝ vt p̃dicationũ ſuarũ ful gore orbem illuminent.

¶ Que quinq; ſũt ɔditiões neceſſarie in vnoquoq; ꝗ vult bñ fructuoſe ⁊ vti liter p̃dicare v̾bũ dei. ¶ Capľm.2.

Ecũdũ myſteriũ declarãdũ

8 eſt de qualitate ſeu ɔditiõe

p̃dicãtis v̾bũ dei: ⁊ nõbim⁹ quinq; p̃cipuas ɔditiões q̃s habẽ dꝫ ꝗ officiũ p̃dicatiõis exercet. p̃ª dr̃ ſcia 2ª. mundicia. 3ª. ſapia. 4ª. caritas. 5ª. patientia. ¶ Prima cõditio que in vnoquoq; p̃dicãte inueniri debet: dr̃ ſcia. Ubi aduertẽdũ ẽ ſm Alex.d̾ ales in 3º. volumie ſũme ꝙ triplex eſt doctrina. p̃ª ſimplicis exhortatiõis 2ª. aſſũpte ꝓfeſſiõis. 3ª. p̃dicatiõis ¶ Prima ẽ doctrina ſimplicis exhortatiõis qua põt vnuſqſq; fratna ad monitione corrigẽ ⁊ docere ꝓximum ſuũ: ⁊ hic cois eſt oiũ ſm quam oẽs ſcire tenẽt̃: ſymbalũ orõnẽ dñicã: p̃ce pta d̾calogi: pcc̃a capitalia: opa mĩe ⁊ eccľie ſacramẽta. ¶ Secũda doctri na dicit̃ aſſũpte ꝓfeſſiõis. Et ſc̃dꝫ hãc vnuſqſq; ſcire debet ea q̃ ꝑtinent ad facultatẽ ſuã ad minus cõpetẽt̃. Sic medici ſcire debẽt regulas medicine ⁊ non iuriſte. Iuriſte v̾o ſcire debent ſnias legũ ⁊ nõ medicine. ⁊ ſic d̾ aliis ¶ Tertia doctria dr̃ p̃dicatiõis cui⁹ miniſtri id eſt p̃dicatores ſcire tenent̃ nõ tm̃ credẽda: ſ; etiã expõnes prece ptoꝝ: ita ut ſaltẽ cõpetẽt̃ docti poſ ſint alios inſtruẽ ⁊ docẽ. Un̄ extra d̾ hereti.c.ex iniũcto. dr̃ ſcia valde ne ceſſaria eſt ſacerdotib⁹ ad doctrinaꝫ ꝙ iuxta v̾bũ ꝓpheticũ labia ſacerdo tis cuſtodiũt. id eſt cuſtodire debẽt ſciam: ſc̃dꝫ glo: Que v̾ba etiã notant̃ 43.di. Sit rector. Et.8.q.i.c. Opor tet.vbi ſic habet̃. Oportet eũ ꝗ do cet ⁊ inſtruit aĩas rudes eẽ talẽ: ut ꝓ igenio diſcẽtiũ ſemetipſũ poſſit apta re: ⁊ v̾bi ordinẽ ꝓ audiẽtiũ capaci tate dirigẽ. Debet ẽ apprime eẽ eru ditus ⁊ doct⁹. Et.16.q.i.c. Sic viue. Et.c. Si clericat⁹ dr̃. Multo tempore diſce ⁊ poſtmodũ doceas. Et.38.diſ. .c. Ignorãtia. Sacrũ cõſiliũ inqt. Igno rantia mat̃ cunctoꝝ erroꝝ maxie i ſa cerdotib⁹ vitãda ẽ ꝗ docẽdi officiuꝫ i ppľo dei ſuſcepũt. Sacerdotes eni admonẽt̃ legẽ ſcãs ſcripturas. Pau lo apľo dicẽte ad Thimo. Attẽde le ctioni exhortatiõi ⁊ doctrine. Et ad hoc facit.c. Si in laicis.7.c. Nulli ſa cerdotum.7.c. Si iuxta.7.c. Qui ea p̃ſata.di.38: ⁊.59.di.c. Ordinatoſ dr̃ Qui minime litteris opaꝫ dedit p̃ce ptor eſſe nõ põt lrãrũ. Et Hiero.ad Nepotianũ ita ſcribit. Diuinas ſcriptu ras ſepi⁹ lege: imo nũq; de manibus tuis ſacra lectio deponat̃. Sermo ſa cerdotis ſcripturarũ ſale ɔditos ſit. Nolo te declamatorẽ eẽ ⁊ fabulum garrulũq;: ſ; miniſterii ꝑitũ ⁊ ſacramẽ toꝝ dei tui eruditiſſimũ. Uerba uol uere ⁊ ſceleritati dicẽdi apud iꝑituꝫ vulgus admirationẽ ſui facẽ idocto rũ hominũ ẽ. Ex qb⁹ oib⁹ colligit̃ ꝙ null⁹ p̃dicare dꝫ niſi ſit doct⁹: ita vt ſaltẽ in eo ſit mediocris ſcia: ⁊ ſi non mľtũ eminẽs: ut habet̃ extra de elect .c. Cũ nobis. Sed ut Hiero. inqt ad Paulinũ. Quod medicorũ ẽ ꝓmittunt medici tractant fabrilia fabri. Sola ſcripturaꝝ ars eſt quã ſibi oẽs paſſiꝫ vendicãt. Scribim⁹ indocti doctiq; poemata paſſim. Hãc garrula anus hanc delirus ſenex: hanc ſophiſta v̾ boſus: hanc vniuerſi p̃ſumũt lacerãt docẽt anteq; diſcãt. Alii adducto ſu ꝑcilio grãdia verba trutinãtes inter mulierculas d̾ ſacris lris philozophãt̃ hec ille. Sꝫ nonnulli imꝑiti illitterati ⁊ ideote p̃ſũptionis vento tumefacti ſciam dãnãt: ſtudia lrãꝝ ſacraꝝ vitu ꝑerãt. Laudãt vere ignorãtiã ⁊ ruſti citatẽ. aſſerũt eni xp̃m humilimos pi ſcatores.ſ. apľos ad p̃dicãdũ miſiſſe. Quod Paul⁹.i. Cor.2.c. approbat. d. Que ſtulta ſũt mũdi elegit de⁹ vt cõ fundat ſapiẽtes. Si igit̃ apľi oino ru des ad p̃dicationẽ euãgelii ſũt electi nõ videt̃ rõne cõſonũ dicẽ ſciaꝫ fore p̃dicãtib⁹ neceſſariã. Talib⁹ ſic argu entib⁹ rñdet Hiero. ad Paulinũ. Scã quippe ruſticitas ſolũ ſibi ꝓdeſt ⁊ q̃tũ edificat ex vite merito eccľiaꝫ xp̃i: tã tũ nocet ſi deſtruẽtib⁹ ñ reſiſtat. Ma lachias ꝓpha: imo ꝑ Malachiã dñs interrogat ſacerdotes legẽ in tãtũ ſa cerdotis officiũ eſt interrogatũ rñdere de lege. Et in Deut. legim⁹. Interroga prẽꝫ tuũ ⁊ ãnũciabit tibi ſeniões tuos ⁊ dicẽt tibi. In pſal. quoq;.118. Cãta biles mihi erãt iuſtificatiões tue i lo co ꝑegrinatiõis mee. Et in deſcripti one viri iuſti cũ eũ arbori vite Dauid que ẽ in ꝑadiſo cõparet int̃ ceteras v̾tu tes h̾ etiã intulit. In lege dñi volun tas eius: ⁊ i lege ei⁹ meditabit̃ die ac nocte. Daniel in fine ſacratiſſime viſi onis iuſtos ait fulgẽ q̃ſi ſtellas ⁊ itel ligẽtes: id eſt doctos q̃ſi firmamẽtũ. Uides quãtũ int̃ ſe diſtãt iuſta ruſti citas ⁊ docta iuſticia: Alii ſtellis. alii celo cõparant̃. Quãq; iuxta hebraicaꝫ v̾itatẽ vtrũq; de eruditis poſſit in telligi. Ita eni apd̾ eos legim⁹. Qui aũt docti fuerit fulgebũt q̃ſi ſplẽdor firmamẽti: ⁊ ꝗ ad iuſticiã erudiũt mul tos quaſi ſtelle in ꝑpetuas et̃nitates. Cur. dr̃. Paulus apľs vas electionis. nẽpe ꝙ vas legis ⁊ ſcripturaꝝ ſcãrũ armariũ erat. Phariſei ſtupẽt in do ctrina dñi: ⁊ mirãt̃ i Petro ⁊ Ioãne quõ legẽ ſciãt cũ nõ didicerit litteras quicquid.n. aliis exercitatio ⁊ q̃tidiana in lege meditatio tribuere ſolet h̾ illi ſpũs ſcũs ſuggerebat ⁊ erãt iuxta qd̾ ſcriptũ eſt docibiles deo. hec ille. Ex cui⁹ v̾bis clare depꝛhẽdim⁹ ꝙ licꝫ apľi ſciam nõ habuerunt: acqſita tñ illam habuerũt infuſam. Filii ⁊ pater nr̃ frãciſcus ex dono ſpũs ſci tãtã ple nitudinẽ grẽ ⁊ ſcie accepit vt p̃dicãs

oēs in ſtupore cōuerteret audientes
Unde. d. Bona. z. pte legēde maioriſ
de eo ſic ait. Erāt eloqa ei⁹ nō iania
nec riſu digna: ſ vtute ſpūs ſci plena
erāt medullas cordis penetrātia ita
vt in vehemētē ſtuporē audiētes cō
uerterēt. Et in. iz. pte legēde inquit.
Erat vbū eius velut ignis ardēs pe
netrās intima cordis. oīuzq3 mentes
admiratione replebat cū non hūane
iuentiōiſ ornatū ptenderet: ſ dine re
uelationis afflatu redoleret. ¶ z. co
ditio quā pdicator habē dz: dr mun
dicia. Debet eni eē mūdus 7 imacula
tus: nō ſolū in ſe: ſ pximis exēplo bo
no illos edificās. qz ut inqt. Greg⁹ in
omel. Cui⁹ vita deſpicit reſtat vt ei⁹
pdicatio cōtēnat. Et Diero⁹ ad Re
potianū ait. Nō confundāt opa tua
ſermonē tuū. ne cū in eccl'ia loqueris.
tacit⁹ qs rñdeat. Cur g q dicis ipe nō
facis. Delicat⁹ magiſter ē: q ventre
pleno de ieiuniis diſputat. Et Jobes
Criſo. di. 40. c. Multi. ait. Si bñ vi
xeris 7 bñ docueris: populū inſtruis
Si bñ docueris 7 male vixeris: tui ſo
lius cōdemnator es. nā bñ viuēdo 7
bñ docēdo populū iſtruis: quō debe
at viuere. Bñ aūt docēdo 7 male vi
uendo deū iſtruis quō te debeat cō
dēnare. Ad hoc ppoſitū etiā Lactā.
in. 4. li. di. inſti. ait. Docies malūt ex
empla quā vba. qm̄ loq facile ē. pſta
re difficile. Utinā gdē tā multi bñfa
cerēt. q3 multi bñ loquūt. Et idē i. 3º.
li. inqt. Qui docēt tm̄ nec faciūt: ipſi
pceptis ſuis detrahūt pond⁹. hec ille
Nec ſufficit extrinſec⁹ exēplū bonum
pbere. niſi 7 mēs ipſa pdicatoris in
trinſec⁹ fuerit mūda. qz ut inqt Greg

ſup Ezech. Sermo dulcedinē nō hz
quē infra cſciaz vita reproba remor
det. ¶ Tertia cditio pdicatoris vbi
dei dr ſapia ſiue prudētia. Debz nāqz
prudent doctrinā coicare. ita vt non
ſemp oia dicat: nec ſp oia taceat. ſ p
loco 7 tpe ſm q viderit auditorum
vtilitati meli⁹ cuenire. Dinc Greg⁹
in paſtorali ait illō qd ponit. 43. di.
c. ſit rector. Sit rector diſcret⁹ in ſilē
tio: vtil' i vbo: ne aut tacēdo pferat
aut pferēda reticeſcat. Nā ſic icau
ta locutio in errorē ptrahit. ita indi
ſcretū ſilētiū eos q erudiri poterant:
in errorē derelinqt. Sepe nāqz recto
res iprouidi humanā grām amittere
formidātes loq libē recta ptimeſcūt
hec ille. Et licz in quolibz officio pu
blico exigat puidētia: ipſa tm̄ multū
eſt neceſſaria his q pdicāt vbum dei
ita vt locis pſonis 7 tpib⁹ ſuos ſciāt
aptare ſmones. nā ſm aplm. Sapiaz
loqmur inter pfectos. puulis autē lac
damus in potū. Uerūtamē pſepe con
trariū fieri videm⁹ ab iſipiētib⁹. Pre
dicauit qdā tpe meo corā vetul'. 7. ul'
8. de ludo aleaz 7 ebdomoda ſequē
ti de vitio Sodomie. Alter vo i die
ſpūs ſci corā ingenti multitudine do
ctorū viroz laudes narrauit ſci Ber
nardini: 7 ſilia mlta omitto. ne vide
ar pbos patres velle corrigē. Illud
tm̄ ſilētio nō ē ptereūdū q qdam qui
feruētes: ſ vere potius furētes voca
ri poſſūt glīant ſub ſpē deteſtatiōis
vitioz. talia publice tanq ſordida 7
obſcena ſpurciſſimaqz vba fant. qlia
minus qlibz hiſtrio ioculator ſatyra
7 fetidiſſim⁹ leno loq erubeſceret. Ex
quoz imprudenti doctrina qplures

nedum pccā quedā que ignorabant
didicerūt. verū etiā 7 illa perpetrare
conati ſunt. O rephēſibiles. o vitioſi
o deniqz nephandi vitioz corrupto
res. Audite bti Frāciſci cōſiliū i regl'a
ſic. d. Moneo quoqz 7 exhortor frēſ
meos in dño Jeſu xpo. ut i pdicatiōe
quā faciūt ſint examiata 7 caſta eoruz
eloqa: ad vtilitatē 7 edificationē po
puli. anūciando eis vitia 7 virtutes
penā 7 gloriam cū breuitate ſmōis.
Nōnulli gloriant pplm induxiſſe ad
riſū 7 truffas. Cōtra quos Diero⁹ ad
Repotianū ait. Lachryme auditoz
laudeſ tue ſint. hec ille. Tales aūt ma
gis dicēdi ſūt truffatores q pdicato
res: qui qbuſdā geſticulatioib⁹ 7 truf
fis conant pplm in riſū vtere. Igit q
prudens eſt vitia hec rephenſibilia d
qb⁹ diximus vitare curat. ¶ Quarta
cōditio pdicātiū dicit patietia. Eue
nire qppe ſolet ut int multos q lau
dant pdicatores iueniāt nōnulli de
tractores qd dina agit diſpēſatione
vt pōdē detrahētiū ſum⁹ deprimat
inanis glie. q oriri poſſet ex vbis blā
dientiū. Dic Greg⁹. 6. q. i. c. Sūt plu
rimi. iqt. Sūt plurimi q vitā bonoz
ampli⁹ q debēt laudāt. 7 ne q elatio
de laude ſbrepat: permittit oipotēs
deus malos i obtrectatione 7 obiur
gatione prumpe: vt ſi qua culpa ab
ore laudātiū i corde naſcitur: ab ore
vitupantiū ſuffocet. hec ille. Patient
itaqz 7 eq aio ferēdi ſt rumuſcli pleb
nec curādū ē d oib⁹ que dicūtur. niſi
talia eiſſent ppt que ſi nō cōfutarent
iſamia notabilis i piudiciū aiaz oriri
poſſet. Uñ Diero. ad Repotianū ait
Caue ne hoīuz rumuſculo aucuperis

7 offenſam dei pplōz laude cōmutes
Per infamiā 7 bonā famā xpi miles
gradit. nec laude extollit. nec vitupa
tione frangit 7 leta cōtēnit 7 triſtia
Per diē ſol nō vrit eū neqz luna per
noctē. hec ille. Et vere niſi pdicator
patiēs extiterit: multā ſentiat amari
tudinē. qñ qd vnus laudat alter vi
tupat. Laudāt docti ſbtilitates 7 p
funda dubia ſcripturaruz. vitupant
iſta vulgares 7 ignorātes. Extollunt
ignorantes 7 muliercule vulgaria q
dam exempla ſiue pabolas 7 de illis
viri piti qui nō habēt deuotionē ri
ſū ſuſcipiūt. 7 ſic p vitate audientiū
varia eſt opinio. variuſqz appetitus
vnoquoqz ſm ſuū modū referēte.
¶ Quita cōditio pdicatoris euangelii
nūcupat caritas. hec facit pdicatōes
querē nō q ſua ſunt: ſ que Jeſu xpi.
Et. i. Cor. iz. 7. x. capitul'. doctor gē
tiū ait. Nō querēs qd mihi vtile eſt.
ſ quod multis: vt ſalui fiāt. Querūt
que ſua ſūt q pdicant. aut cupiditate
glorie. aut appetitu ābitiōis honoriſ
7 dignitatis. aut amore lucri 7 ſpe q
ſtus. aut deniqz reſpectu cuiuſlibz cō
modi tpalis. Nō ſtant iſta cū carita
te que deū diligē facit ppter ſe: 7 p
ximū propter deum.
¶ De gnqz fructib⁹ 7 vtilitatib⁹ vbi
dei. 7 qr vtile ē oib⁹ illō audire libēt

Tertiū myſteriū ¶ Caplm. 3:
declarād ē d vtilitate audi
entiū vbū dei. Et licz multi
ſint fruct⁹ 7 vtilitates deuote audiē
tiū vbū dei. tm̄ nos in pñtiaz tm̄ qnqz
explicabim⁹ qten⁹ his fructib⁹ exco
gitatis vnuſquiſqz animetur ad libē
ter 7 deuote audiendum illud.

p^a dr̃ illuminatio 2^a. ɔfortatõ 3^a. fortificatio 4^a. delectatio 5^a exemplatio. ¶ Prima vtilitas v̉bi dei dr̃ illumĩatio. Jllumĩat qppe intellectuȝ hoĩs. ſicut ſol illumĩat mũdũ. Et hoc inqt Dauid in p̃s. Declaratio ſmonũ tuoꝝ illuĩat: ⁊ intellectũ dat puulis. Et iterũ Lucerna pedibꝰ meis v̉bum tuũ: ⁊ lumẽ ſemitis meis. Jllumĩatur ſiqdẽ mẽs attẽte audientiũ ⁊ cũ vtilitate p respectu credẽdoꝝ vt ſciant fidei erudimẽta 2^o. reſpectu colẽdoꝝ vt deũ colãt creatorẽ 3. reſpectu abhorrendoꝝ vt vitia abhorreãt ⁊ vitent 4. reſpectu acceptãdoꝝ: vt v̉tutes acceptẽt ⁊ inſequãt 5. reſpcũ ſpnẽdoꝝ: vt mũdũ ſpernẽt ⁊ eius bona 6^o. reſpectu agẽdoꝝ: vt opa agãt que mãdãt in lege 7^o. reſpectu timendoꝝ: vt penas iferni timeãt 8^o reſpcũ deſiderãdoꝝ vt btĩtudinẽ eťnã deſiderẽt. nã niſi hec ⁊ hꝰmõi pplis p̃dicarent oẽs velut ceci variis inuoluerẽt erroribꝰ ¶ Secũda vtilitas quã cõſequũt v̉bũ dei audiẽtes dr̃ cõfortatio. Nã licet multi ſciãt bona que opari tenẽt ⁊ mala a qbꝰ ſibi cauere debẽt. tñ q̃nq; nec bõa faciũt nec mala fugiũt deuicti q̃dã tepiditate vel potiꝰ ſenſualitate. ⁊ delectatiõe hoꝝ tpaliũ. Aliĩ etiã q̃uis ſciãt penas inferni fore timẽdas. deſiderãdũq; celũ pieq; xp̃i paſſionẽ deflendam. tñ cor habẽt iſipidũ ſine timore. ſine deſiderio. ⁊ ſine vlla pietate. Cum v̉o tales audiũt v̉bũ dei frequẽť ɔfortanť ad deponẽdã oẽm tepiditatem. ad amplectendas v̉tutes. ad ſurgẽdũ a peccatis. ad cõpatiẽdũ xp̃o paſſo. ad timẽdos gehẽne cruciatꝰ ⁊ ad deſiderãdũ regnũ dei. Quia vt Hiero. ait ad Paulinũ: Habȝ neſcio qd latẽtis energie viue vocis actꝰ. ⁊ in aures diſcipuli ⁊ doctoris ore trãſfuſa fortiꝰ ſonat. Vñ ⁊ Heſchines cũ Rhodi exularet ⁊ legeť illa Demoſthenis oro quã aduerſus eũ habuerat mirãtibꝰ cũctis atq; laudantibꝰ ſuſpirans ait. Quid ſi audiſſetis ipſam beſtiaȝ ſua v̉ba reſonãtẽ! hec ille. Quãta ãt ſit vis i v̉bo dei p̃dicato. appet vndiq; ex mirãdis exẽplis. tã aploꝝ q̃ alioꝝ Petrus nãq; pꝰ ſuſceptũ. ſ. ſ. vna p̃dicatiõe tria milia aĩaꝝ ɔuertit ad xp̃m Act. 2. c. Quid fecit Paulus vas electionis! qd reliq oẽs apli ⁊ diſcipuli xp̃i! Et diebꝰ noſtris vñ q̃ſi renouata videť religio xp̃i ſuſtẽtata eccl'ia ⁊ pccõres ad pniam aĩati: niſi ex auditu p̃dicantiũ! O v̉bũ dei bñdictuȝ. o v̉bũ ſalutiferũ. o p̃dicatõ fecũdiſſima o inſtrumẽtuȝ ſalubre. quo cõmoueri poſſũt mẽtes dure ad agẽdũ pniam ⁊ corda oĩuȝ ad v̉tutes ſectãdas.

¶ Tertia vtilitas audiẽtiũ v̉bũ dei dr̃ fortificatio. Fortificat eni eos q boni ſunt. vt in meliꝰ pficiãt ⁊ pſeuerent. ita q ex v̉bo dei quaſi cõſeruãť ⁊ nutriunť. ſicut plãtula q̃ vt viriditatẽ ſuet irrigať aqs. Jõ Xp̃s ait. Mat. 4. Nõ i ſolo pane viuit hõ: ſ i oĩ v̉bo qd pcedit de ore dei. ¶ 4^a. vtilitas dr̃ delectatio. Delectat eteni v̉bũ dei ⁊ recreat ſpũaliť audiẽtes. nã oĩs aĩa bõa letãť audit magl'ia ſũmi iperatoris celoꝝ. ⁊ qcũq; aliq̃ diligit d ipo libẽť loqť. ⁊ libẽť audit bñ de illo loquẽtes. Sic q deũ amãt ⁊ ex xp̃o ſũt v̉ba eius audiũt. vt dr̃. Joh. 8. c. Et Maria magdalene quem dilexit multum Luc. 7. Saturari non poterat audiendo v̉ba melliflua xp̃i Jeſu. Luc. x. c.

¶ Quinta vtilitas diciť exẽplatio. Prebẽt nãq; audientes v̉bũ dei exẽplũ bonũ pximis ſuis. nã ſepe cõtingit. ut hi q infime ſũt cõditiõis videntes viros graues. vtputa religioſos viros doctos. nobiles. ⁊ honeſtos ciues ad p̃dicationẽ cõfluere animenť ⁊ ipſi ad eã audiẽdã diligenť. Ergo vt finẽ huic ſermoni faciã cũ tã grãdia tamq; mirifica ſint priuilegia v̉bi diuini oẽs aduoco. cũctos inuito. ſingulosq; clamo. Uẽite ⁊ audite vt audiendo v̉bũ dei acqrere poſſitis eius gratiam. ⁊ deinde puenire ad btãm gloriam. in qua xp̃s benedictus viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Feria ſecũda pꝰ dñicã i ſexageſima de v̉bo dei ⁊ eiꝰ auditiõe. ¶ Ser. 9.

N corde bono ⁊ optimo audientes v̉bũ retinẽt ⁊ fructũ afferũt in patiẽtia. Uerba ſũt xp̃i Jeſu ſaluatoris originaliter. Luc. 8. c. Quãuis multa dicta ſint in ſupiori ſermone de p̃dicato v̉bo dei reſtãt tñ adhuc de eius auditiõe aliq̃ diſſerẽda. Opus eni ẽ cõfutare illos qui vel audire reſpuunt. uľ negligenť audiũt. aut audientes nõ cuſtodiunt v̉bũ: Et reuera ſatis ſupq; neceſſaria eſt hec cõfabulatio vt inducãť hoĩes ad audiendũ v̉bũ diuinũ cuȝ affectu. ⁊ vtilitate ſalutis ſue: Nã nõ deſũt diaboli tẽptamẽta: ad remouẽdas mẽtes ab auditu ſpũalis doctrine. cum ipſa ſit q̃ſi ſagitta vulnerãs aſtutiam eius. Jdcirco de eiꝰ auditione v̉bi dei dicere volẽtes: notabimꝰ in hoc ſermone pricipaliť tria myſteria declaranda.

¶ Primũ dicitť inductio.

¶ Secundũ modificatio.

¶ Tertium obligatio.

¶ Qualiť oẽs inducũť ad audiẽduȝ v̉bũ dei a ſcriptura a nã ⁊ ab exemplis

Primũ myſteriũ ¶ Capl'm. i: declarãdũ de auditione v̉bi dei dicitť inductio. Ad illud eteni audiendũ inducimur ppť tria. p ppť nãm 2^o. ppť ſcripturã. 3^o. ppter exempla ¶ p inducimur vt libenter audiamus v̉bũ dei ab ipa nã. Nã vt Seneca ad Lucil. ait: Docibiles nã nos edidit. Et ſm Ciceroneȝ in ſua Rhetorica. Js docilis eſt: qui vult attẽte audire. Et ut idẽ Cicero in qõ. tuſcul. ait. Jneſt mẽtibꝰ noſtris inſatiabilis quedã cupiditas veri videndi. Qd in. i. de offi. confirmat. d. Oẽs trahimur ⁊ ducimur ad cognitionis ⁊ ſcie cupiditateȝ. in q̃ excellẽ pulchrũ putamꝰ. Et hoc ipſũ Ariſ. explicauit in. i. metha. inquiẽs. Oẽs homines natura ſcire deſiderãt. Et in. 3 ethi. ⁊ in. ix. pte pbleumatũ aſſerens Addiſcẽ quidem facile ⁊ delectabile natura oĩbꝰ ẽ. Cum g̃ q̃ſi incredibilis ſit numerꝰ ignorãtiũ viã dñi. ⁊ p̃dicatores illã doceãt: natura ipſa mouẽ debet oĩuȝ aĩos ad illos audiendum Nec valet quorũdã de ſe ſupba p̃ſũptio: q ſe credunt oĩa ſcire: qm̃ ut ait ſapiẽs pv̉. i. Audiẽs ſapiens ſapientior erit. Quinimmo nullus eſt adeo peritus qui peritior fieri non poſſit. Hinc Lactan. de ira dei. de Socrate ait. Socrates cũ eſſet oĩuȝ phoꝝ doctiſſimꝰ. ut ceteroꝝ argueret inſciam qui ſe aliquid tenẽ arbitrabãť ait ſe

nihil ſcire.niſi vnū ꝗa nihil ſciret. Et
Mercurius thermegiſtus phs maxi
mus dicebat. Maxia ps eoꝝ ꝗ ſcim⁹
eſt minia pſ coꝝ que ignoram⁹. Ideo
notāda valde ſūt Hero. vba qui ad
Palmachiū ⁊ Oceanum ita ſcribit.
Dū eſſez iuuenis. nimio ferueba amō
re diſcendi. nec iuxta quoꝝdā pſum
ptionē ipſe me docui. Apollinarē au
diui Anthiochie frequenter ⁊ colui.
Jam canis ſpgebat caput: ⁊ magiſtꝝ
potiuſ ꝗ diſcipulū docebat. Perrexi
tñ Alexandriā audiui Didimū i mul
tis ei gratias ago. ꝙ qd neſciui didi
ci. qd ſciebā illo docēte non perdidi
Putabāt me hoies finē feciſſe diſcen
di. Veni rurſus Hieroſolimā ⁊ Be
thleē. quo laboꝛe. ꝗ pcio. Baraniam
nocturnū habui pceptoꝛez. Timebat
n. iudeos. ⁊ alterum mihi exhibebat
Nichodemū. hec ille. Si itaqꝫ tant⁹
doctoꝛ luce ſcie pditus audire vt ad
diſceret nō erubeſcebat ꝗ pſumptio
illa eſt eoꝝ ꝗ vel ignoꝛātes vel paruz
docti ſūt dicētiū ſe pdicationem non
velle audire: ꝙ illa nō egent. Propt
tales vtiqꝫ Seneca li. de trāqllitate
ai ait. Puto multos ad ſapiētiā ve
nire potuiſſe: ſi nō putaſſent ſe pue
niſſe. [S]z. inducimur ut pmpte audi
amus verbum dei ab ipſa ſcriptura.
Concoꝛdāt qppe voces oiuz ſcriptu
rarū nedū diuīaꝝ. verū etiā ⁊ moꝛali
um phoꝝ. ꝙ vnuſqſqꝫ ſollicit⁹ eē dꝫ
ad diſcendū. Vñ Ari. p. ethi. ait. Qui
neqꝫ ipſe intelligit. neqꝫ aliuz audiens
in aio ponit. hic inutilis natus ē. Et
Macrobi⁹. li. z. ſaturnaliū. Sine do
ctrina vita eſt ꝗſi moꝛtis imago. Et
Tulli⁹. li. z. q. tuſ. Ut ager quis ferti
lis. ſine cultura fructuoſus eē nō pōt
ſic ſine doctrina anim⁹. Et idē li. i. de
oꝛatoꝛe. Nō ignoꝛo ea que bona ſūt
melioꝛa fieri poſſe doctrina. Et iuriſ
cōſultus. ff. de fidei cōmiſſariis liber
tatibus. l. Apud iuliauū. inqt. Cupidi
tas diſcendi ē optima rō viuēdi. Vñ
Julian⁹ dixiſſe fert. Et ſi alterū pedē
in ſepulchꝛo haberē. adhuc diſce qd
vellē. Hinc eſt qd etiā ſapiēs Eccl. 6.
ait. Si inclinaueris aurē tuā accipies
doctrina: ⁊ ſi dilexeris audire ſapiēs
eris. Et ideo. pv. iz. Qui diligit di
ſciplinā diligit ſciam. Et pv. i7. Qui
euitat diſcē incidit i mala. Et pv. i9.
Suſcipe diſciplinā vt ſis ſapiēs i no
uiſſimis tuis. Et. zz. ibidem. Inclina
aurē tuā ⁊ audi vba ſapiētū. Sūt ⁊
alie h⁹moi ſcripturaꝝ voces ꝗſi innu
merabiles: hoꝛtātes hoies ut pmpto
aio audire velint verba doctoꝛuz ⁊
ſapiētū. vt ⁊ ipſi p exercitiū diſcipli
ne docti euadē poſſint. [T]ꝫ. iducimur
ad audiendum eos ꝗ docēt bñ breqꝫ
viuē ab exēplis. Scribit enī Val. ma
xim⁹. li. de ſtudio ⁊ induſtria. quod
etiā refert Tul. li. de ſenectute. Sꝫ ſo
lū phus ſignificauit dīb⁹ ſe ꝗttidie
ſeneſcētē aliqd diſcē. Supmo vō die
vite aſſiſtentib⁹ amicis. qdāqꝫ int ſe
ꝯferētib⁹ ſatis iā pſſū caput exerit i
terrogatuſqꝫ. Qua pꝛopt id feciſſet rñ
dit vt cū iſtud qcqd ē ꝺ ꝗ diſputatꝰ
pcepo moꝛiar. At ⁊ Hiero. ad Pau
linū inducit multoꝛū phoꝝ exēpla ꝗ
auiditate diſcēdi. nullū timuerūt la
boꝛē. Legim⁹ inqt in veterib⁹ hiſto
riis. quoſdā luſtraſſe puīcias nouos
adiiſſe. pplos maria tranſiſſe. vt eos
ꝗs ex libꝛiſ nouerāt coꝛā ꝗz viderent
Sic Pithagoꝛas mēphiticos vates
ſic Plato egyptū. Et Architā taren
tinū eā oꝛā italie que quodā magna
grecia dicebat laboꝛioſiſſime pagra
uit. ut qui Athenis magiſter erat: ⁊
potius cuiuſqꝫ doctrinas Achademie
gymnaſia pſonabāt fieret pegrinus
atqꝫ diſcipulus. malēs aliena verecū
de diſcē. ꝗ ſua impudēter ingerere
Deniqꝫ cū lrās ꝗſi toto fugiētes oꝛbe
pſequit capt⁹ a pirratis. venūdatus
tyrano crudeliſſimo paruit captiuus
vinctus ⁊ ſeruus. Tñ ꝙ phus maioꝛ
emēte ſe fuit. Ad Titum liuiū lacteo
eloquētie fonte manātem ex vltimis
hiſpanie galliaꝝqꝫ finib⁹ quoſdā ve
niſſe nobileſ legim⁹: ⁊ quos ad ſui cō
templatiōe. Roma nō traxerit. vnī⁹
hois fama pduxit. Habuit illa etas
inauditū oib⁹ ſeculis celebꝛādūqꝫ mi
raculū: vt vrbez tantā ingreſſi aliud
extra vrbem quererēt. Appollonius
ille magus vt vulgus loqt ſiue phus
vt Pithagoꝛici tradūt intrauit pſas
ptranſiuit caucaſum albanos ſcytas
maſſagetas opulētiſſima idie regna
penetrauit. ⁊ ad extremum latiſſimo
phyſō amne trāmiſſo puenit ad bra
chmanas vt Hyarchan in thꝛono ſe
dentē aureo: ⁊ de tantali potantem
inter paucos diſcipulos. de nā. ꝺ mo
ribus. de curſu dierū ⁊ ſyderū audi
ret docētē. Vñ p helamitas babylo
nios: chaldeos: medos: aſſirios: par
thos: ſyros: fenices: arabes. paleſti
nos reuerſus alexandriā pꝛexit ethi
opiā: vt gymnoſophiſtas. ⁊ famoſiſ
ſimā ſolis menſam videret in ſabulo.
Inuenit vir ille vbiqꝫ qd diſcēt. ⁊ ſp
pficiens. ſp ſe melioꝛ fieret. Scripſit
ſup hoc pleniſſime octo voluminib⁹
Philoſtratus. hec ille. Et idē Hiero
ad Nepotianū ꝯmēdās ſapie ſtudiū
ait de Demoſthene. Sapiens vir ille
grecie Demoſthenes cū expletiſ cētū
ſeptē ānis. ſe moꝛi cernēt dixiſſe fert
ſe dolē ꝙ tūc egredēt e vita cū ſape
cepiſſet. His igit exēplis dānari pōt
temeritas illoꝝ ꝗ ſe exiſtimāt oia ſci
re. oia ſape. oia deniqꝫ itelligē. Quo
fit ut pdicatoꝛes doctos nō ſolū au
dire recuſent. verū etiā ⁊ puipēdant
ſepe ⁊ aſpnent. Ex dictꝭ tñ clariſſime
cōſtat. nil vnicuiqꝫ tm̄ ꝯuenire poſſe
ꝗtū audire diſciplinā ⁊ eruditionez.
Nā ex eius auditu fructū nō medio
crē ſuſcipiūt viri ⁊ mulieres. ſenes ⁊
puuli. boni ⁊ mali. docti pariter ⁊ in
docti.

**[Q]d vbū dei ē audiēdū cū ſollicitu dine deuotiōe ⁊ hūilitate. Cap. z.**

[S]Ecūdū myſteriū cōtēplādū
dr̄ modificatio in ꝗ apire licꝫ
ꝗlit vbū dei ſit ab oib⁹ au
diēdū vt i oib⁹ ſeruet oꝛdo debit⁹ ⁊
mēſura. Et ad hoc intelligēdū dico
ꝙ vbū debet audiri tripli. Pꝰ ſolli
cite. Zº deuote. 3º humilit. Pꝰ. vbū
dei ē audiēdū ſollicite. vt ꝗ fructū ei⁹
habere cupit. conet a pncipio inēſſe
ſermōi. nā ſūt nōnulli ꝗ ad pdicatioꝫ
ꝯfluūt. ſ tñ ob pigricia ⁊ ſomnolētiā
raro integrā illā audiūt. Alii vō aua
ricia victi. dieb⁹ ferialib⁹ nolūt pdica
tiōes audire. timētes amittē tpſ ⁊ luc
Quibus ego dico ꝙ nō bene faciūt
qm̄ ſi audirēt qnquaginta pdicatōes
nō expenderet in illis audiendiſ triū
dierū ſpaciū. Et tamē mai⁹ eēt lucrū
aie: quod inde euenire poſſet ꝗ lucꝫ

oĩuꝫ tp̄aliũ bonoꝝ. Sed ſi aliqs tãta
neceſſitate ↄſtringeret̃ q̄ niſi laborã
do victũ acqrere nõ poſſet. tũc illum
ad audiẽdũ verbũ dei nõ cõpellereꝫ
qm̃ vt ait Ariſ. 3. topicoꝝ. Meli⁹ eſt
phophari q̃ ditari. ſ; nõ indigẽti ne
ceſſariũs. ¶ 2° eſt audienduꝫ v̄bũ dei
deuote. Et hoc dico aut ꝓpt̃ eos q i
p̄dicatione dormiũt aut ꝓpt̃ illos q
inter ſe cõfabulãt̃. aut ꝓpt̃ alios qui
deãbulãdo cũ ſuo ſtrepitu ⁊ irreue
rentia p̄dicatorẽ ⁊ ipſũ audiẽtes tur
bant. aut ꝓpter laſciuos ⁊ vanos iu
uenes. leueſq; mulierculas. qui dũ p̄
dicat̃ mutuo ſeſe: iocãdo: cõcupiſcẽ
do: ridendoq; cõſpiciũt. In qb⁹ nulla
eſt cõpũctio. nulla fides. nulla religio
Et ꝓ his oĩb⁹ facit illud dc̃m Augꝰ.
i. q. i. c. Interrogo ſic. d. Vos fratres
vel ſorores dicite mihi: quid pl⁹ eẽ vi
det̃ vobis corpus xp̄i aut v̄buꝫ xp̄i?
Si verũ vultis rñdẽ hoc dicẽ debetis.
q: non ſit min⁹ v̄bũ dei: q̃ corp⁹ xp̄i.
Et iõ q̃ta ſollicitudine obſeruamus
qñ nobis corpus xp̄i miniſtrat̃. ne ex
ipſo de manib⁹ noſtris aliqd i t̃ram
cadat. tanta ſollicitudine obſeruem⁹
ne verbũ dñi qđ nobis erogat̃: dum
aliud cogitam⁹: aut loq̃mur de cõde
puro depeat: q: nõ minus reus erit q
v̄bũ dei negligẽter audierit: q̃ ille q
corp⁹ xp̄i ſua negligẽtia in t̃raꝫ cadẽ
ꝑmiſerit. hec ille. Archi. vo ſup ƀ. c.
d. q; cõꝑatio corꝑis xp̄i ⁊ v̄bi p̄dica
ti nõ fit reſpcũ dignitatis ⁊ excellen
tie. ſ; reſpectu efficacie qm̃ nõ minorẽ
efficaciã cõſeqt̃ q cũ deuotiõne audit
v̄bũ dei. q̃ q cũ reuerẽtia ſuſcipit cor
pus xp̄i. Unde glo. ſup dc̃o v̄bo. d.
Verbũ id eſt predicatio q̃ plures cõ

uertit: ⁊ pl⁹ facit cõpũgi hoĩeꝫ ita vt
oĩa pc̃ca ꝑ eã tollant̃. Sꝫ ꝑ corp⁹ xp̄i
tollunt̃ tm̃ venialia. vt de ↄſe. di. 2.
c. Iterat̃. ¶ 3° eſt audiendũ v̄bũ dei
humilit̃. Conſiſtit aũt humilitas i au
ditore vt bñ inťpretet̃. ⁊ i bonã ꝑtẽ
ſuſcipiat ea q̃ predicãt̃. Nã repiunt̃
etiã qdẽ plurimi q vellẽt oĩa ſm̃ ap
petitũ ſuũ dici. nec cogitãt q; i p̄dica
tione ſatiſfaciendũ eſt tot varietati
bus ꝑſonaꝝ. Alii aũt ſi ñ ſentiũt euã
geliũ textũ de v̄bo ad v̄bũ explicari.
ſtati detrahũt murmurãt arguunt. d
xp̄m miſiſſe apl̃os ad predicãdũ euã
geliũ. Et tñ qcqd reducit̃ ad dei ⁊ ꝓ
ximi caritatẽ. qcqd inducit hoĩes ad
deũ colẽdũ timẽdũ ⁊ diligẽdũ. qcqd
deniq; ipſos a vitiis retrahit ⁊ ad v̄
tutes hortat̃ recte euãgelium dr̃. Uñ
Hiero. i epl̃a ad Gal. ſcribit illđ qđ
ponit̃. i. q. i. c. Marchion. Marchion
⁊ Baſilides ⁊ cetere hereticoꝝ ſecte
nõ habẽt dei euãgeliũ: q: nõ hñt ſpi
ritũ ſc̄m ſine quo humanũ fit euange
liũ qđ docet̃. nec putem⁹ in v̄bis ſcri
pturaꝝ eẽ euãgeliũ: ſ; in ſenſu: non in
ſuꝑficie. ſ; in medulla. nõ in ſermonuꝫ
foliis: ſ; in radice rõnis. hec ibi. nõnlli
inſuꝑ egre ferũt ſi qñq; vitia reprehẽ
dant̃: eo q; ⁊ ipſi vitioſi ſũt. nec ꝺ ſuiſ
vitiis corrigi patiũt̃. Pro qb⁹ eſt illa
Hiero. ſnia ad Nepotianũ. Neminẽ
ſpãlit̃ me⁹ ſmo pulſauit. Gñalis de
vitiis diſputatio ẽ. Qui mihi prius.
Itaq; iraſci voluerit ipſe de ſe q; tal̃
ſit ↄfitebit̃. hec ille. Cõcludo igit̃ di
cendo oĩb⁹ illud Iac. i. In manſuetu
dine ſuſcipite inſitũ v̄buꝫ qđ ſaluare
põt animas veſtras.
¶ 3° obligant̃ hoĩes pro loco ⁊ tꝑe

audire v̄buꝫ dei: ⁊ memoriter retinẽ
ac opere implere. Capl̃m. 3.

Tertiũ myſteriũ declarandũ
dicit̃ obligatio. Obligãtur
ſiqdẽ hoĩes circa auditionẽ
verbi dei maxime ad tria. p̄ ad illđ
audiẽdũ. 2° ad retinẽdũ. 3° ad fa
ciendũ. ¶ p̄ obligãt̃ hoĩes ad verbũ
dei audiendũ. Qđ accipi põt: tum q:
vnuſqſq; ſuã ſalutẽ deſiderare debꝫ
quã aſſeq põt v̄bo dei mediãte. tum
q: ad hoc inducit ſcriptura vt ſupi⁹
viſũ eſt. Sed queri põt. cur nõ prece
pit eccl̃ia audiri dinũ v̄buꝫ ita expſſe
ſicut ⁊ miſſas. cum tãte vtilitatis ſit
audire p̄dicatiões. Et dicim⁹ q; hoc
fit ꝓpter tria. p̄ ꝓpt̃ obligationem
curatoꝝ. 2° ꝓpt̃ paucitatẽ p̄dicato
rũ. 3° ꝓpt̃ incõmoditatẽ populoꝝ.
¶ Prima rõ ẽ ꝓpt̃ obligationẽ cu
ratoꝝ. Nã q curã aĩaꝝ habet: tenet̃
ſuo populo predicare. ſicut patꝫ in. c.
ſupius allegato in ſermone p̄cedenti
ĩter cetera de officio iudicis ordi. Et
36. di. c. Ecce. Et. 16. q. i. c. Adũcim⁹. c.
Ecce. Si g̊ p̄lati obligãt̃ ſuo populo
p̄dicare. g̊ populi ꝓ loco ⁊ tꝑe p̄dica
tiones debẽt audire. Uñ de cõſe. di. i.
c. Sacerdote dr̃. Sacerdote v̄bum
in eccl̃ia faciente: ſi qs egreſſus fuerit
de auditorio excõicet̃. Et in. c. oẽs fi
deles. dr̃. Oẽs fideles q ↄueniũt i ſo
lẽnitatib⁹ ſacris ad eccl̃iaꝫ ⁊ ſcriptu
ras apl̃oꝝ ⁊ euãgeliũ andiãt. ¶ 2° nõ
obligauit eccl̃ia ad audiẽdũ v̄bũ dei
determiate: ſicut ad audiẽduꝫ miſſas
ꝓpter paucitatẽ ⁊ raritatẽ p̄dicato
rũ: q: rari ſũt q p̄dicẽt. ⁊ multi ſũt q
celebrãt miſſas. ¶ Tertia rõ ẽ ꝓpt̃ in
cõmoditatẽ populorũ. Nã multi ſũt

rurales ⁊ i mõtib⁹ habitãtes. ⁊ i aliis
qbus difficile eſſet ſic audire p̄dicati
ones ſicut ⁊ miſſas. Nõ tñ excuſant̃
hi⁹ ꝓ loco ⁊ tꝑe addiſcẽ ꝑ aliquã vi
am que ſũt ſcd̃m ſtatũ ſuũ eis neceſſaria
ad ſalutẽ. ¶ 2° obligãt̃ hoĩes ad v̄
bũ dei retinẽdũ. Debꝫ nãq; vnuſqſq;
facere qđ in ſe ẽ: vt ⁊ ſi nõ oĩuꝫ q̃ pre
dicant̃. ſaltẽ aliq̃ memoriter teneat.
Ad qđ multũ ꝓdeſſe põt domeſtica
ↄfabulatio ⁊ coĩcatio cũ vxore filiis
aut amicis de his q̃ p̄dicata ſunt.
¶ 3° obligant̃ hoĩes ad v̄bũ dei faciẽđ
Nã vt dr̃ Luc. xi. c. Beati q audiũt
v̄bũ dei ⁊ cuſtodiũt illud. Et Mat.
7. Xp̄s intulit. Oĩs qui audit verba
mea ⁊ facit ea. aſſimilat̃ viro ſapiẽti
qui edificauit domũ ſuã ſupra petrã
Et deſcẽdit pluuia ⁊ venerũt flumia
⁊ flauerũt venti: ⁊ irruerũt in domũ
illã ⁊ nõ cecidit. Fũdata eni erat ſuꝑ
firmã petrã. Et oĩs q audit v̄ba mea
⁊ nõ facit ea: ſimil̃ eſt viro ſtulto qui
edificat domũ ſuã ſupra arenam. Et
deſcẽdit pluuia ⁊ venerũt flumia: ⁊
flauerũt venti ⁊ impegerũt in domũ
illã: ⁊ cecidit ⁊ fuit ruina ei⁹ magna
Hinc etiã ⁊ Iacobus p̄. c. ait. Eſtote
factores v̄bi ⁊ nõ auditores tantum
fallẽtes voſmetipſos: q: ſi qs auditor
eſt verbi ⁊ nõ factor: hic cõꝑabit̃ vi
ro cõſiderãti vultũ natiuitatis ſue in
ſpeculo. Cõſiderauit eni ſe ⁊ abiit. ⁊
ſtatim oblitus ẽ qualis fuerit. Ergo
ſeruent̃ oĩa q̃ tacta ſũt de auditione
v̄bi dei. vt ſit ſemẽ cadẽs i bonã t̃rã
nõ ſec⁹ viã. nõ ſupra petrã. nec inter
ſpinas. afferẽs fructum ꝓut ſaluator
benignus in lectione euãgelica expli
cauit. quam ⁊ ꝓpoſuit ꝑ ſilitudinem

loquēſ. indeqꝫ illā expoſuit: ſicut ptꝫ
in textu ſapienē ↄcludēs. Nā q̄ bono
corde deuotaqꝫ mēte dei verbū au-
diūt. fructū i preſenti ſuſcipiūt grē. ⁊
in futuro pennis glorie i q̄ xp̄s ſalua
tor oiuꝫ ſedet ad dextera patris cuꝫ
quo viuit ⁊ regn̄t i ſecl'a ſeculoꝝ. Am̄

Feria tertia poſt dn̄icā in ſexageſi
ma. De ſeueritate diue iuſticie: q̄ mo
uere dꝫ pcc̄ores ad pniaꝫ. Sermo. x.

Reddet vnicuiqꝫ ſm̄ merita
ſua. Dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i v̄ba ſūt
iſta originalit̄. Math. 16. c.
Letanē plurimi in malis ſuis neqꝫ de
illis pniam agē vllo pacto ꝓponunt
qm̄ non arbitrātur deū pcc̄oꝝ ſuorū
vltorē. Quīmo falſo ſibi blādiūē: ⁊
ꝑſuadēt: nullā p᷒ hāc vitā obſtinatl
pcc̄orib᷒ penā a iuſto iudice fore pa-
ratā. Quo fit vt in dieſ deteriores fi
ant: ⁊ ad vitia q̄libꝫ ſine timore labā
tur. Quapropē i pn̄ti ſmone aliq̄ de
diue iuſticie ſeueritate dicē ſtatui. vt
ꝑ ei᷒ tremendā conſideratiōnē dura
pcc̄oꝝ corda moleſcāt. qb᷒ oñdemus
q̄ꝫ ſeue ſi ſe n̄ correxerit punieē a deo
qm̄ ipſe vt v̄ba ꝓpoſita dicūt reddꝫ
vnicuiqꝫ ſm̄ opa ſua. bonis. ſ. gaudia
paradiſi. ⁊ mal' gehēne cruciatū. In
qb᷒ verbis de diue iuſticie ſeueritate
tria myſteria ſūt conſideranda.

Primū dicit̄ punitio.

Secūdū reſtrictio.

Tertiū permiſſio.

Qualiter de᷒ punit malos p᷒ hāc
vitā ſi ſe nō correxerint ꝯtra eoſ q̄ di
cūt non eſſe aliud malū neqꝫ bonū q̄ꝫ
illō qđ experimur i pn̄ti. Capl'm .i.

Primū myſteriū ꝯſiderandū
ꝺ ſeueritate diue iuſticie dr̄
punitio. In quo declaranda eſt fal-
ſa ⁊ erronea ſn̄ia ⁊ opinio eorū qui
dicūt. nō expedire pcc̄orib᷒ ad pniam
reuerti: qꝛ p᷒ hāc vitā nullū amplius
ſentieē malū. Cōtra tales ḡ theologi
ſacri ſic potētiſſime arguūt. Ubicūqꝫ
eſt ſūma iuſticia ibi debꝫ eē iuſta me-
ritoꝝ retributio. Sꝫ cū n̄ puniat ma
los in hac vita. ḡ puniat illos p᷒ hāc
vitā. Maior ꝓpoſitio ꝯſtat ex dictiſ
Tullii in ep̄l'a de caſu reipublice. dr̄.
Juſticia ē cōſtās ⁊ ꝑpetua voluntas
ius ſuū vnicuiqꝫ tribuēs. ⁊ hec ē diffi
nitio iuſticie q̄ habeē. ff. de iuſticia ⁊
iurl. l. iuſticia. Et inſtitutā de iuſticia
⁊ iurl. l. iuſticia. Probare etiā debe-
mus tria q̄ ꝯtineē i rōne p̄tacta. Primo.
iuſticie diue v̄itatē. Sc̄o. maloꝝ i hac
vita ipunitatē. Tertio. cōtra ipſos rigidaꝫ
aſperitatē. Primo ꝓbare debem᷒ diue
iuſticie v̄itatē. Et ad hoc ſūt ſcriptu
re ſacre copioſiſſima dc̄a. Nā Dauid
in p̄ſ. 100. ait. Juſt᷒ dn̄s ⁊ iuſticiā dile
xit eq̄tatē vidit vult᷒ ei᷒. Et pſal. 18.
Juſticie dn̄i. r. l. c. Et pſal. 30. In iuſti
cia tua libera me. Et pſal. 39. Annūci
aui iuſticiā tuā i eccl'ia magna. Et p̄ſ
70. Memorabor iuſticie tue ſoli᷒. Et
pſal. 84. Juſticia ante eū ambulabit
Et pſal. 47. Juſticia dn̄i plena ē t̄ra
Et pſal. 88. Juſticia ⁊ iud. p̄. ſe. t. Et
pſal. 110. Juſticia ei᷒ māet i ſecl'm ſcl'i
Et Jſaie. 51. dic̄ dn̄s. Juſticia mea nō
deficiet. Et Jſaie. 59. Indut᷒ ē iuſtiā
vt lorica. Et Baruch. p̄. Domio deo
noſtro iuſticia. Et Hieremie. 12. Ju-
ſtus quidē tu es domie. Et. 2. Thi. 2.
In reliquo repoſita eſt mihi corona
iuſticie quā reddet mihi dn̄ſ i illa die
iuſtus iudex. Sed aliqs pōt arguē

q̄ in deo nulla ſit iuſticia. p̄ qꝛ ſc̄ḋ. n̄
pħm. 5. ethicoꝝ. c. 2. Dn̄i ad ſeruū nō
eſt iuſticia: qꝛ iuſticia i quadā equali
tate ad alterū ꝯſiſtit. Sed de᷒ ē dn̄s
oiuꝫ. ḡ in ipſo nō eſt iuſticia. Sc̄o. ar-
guiē: qꝛ iuſticia reſpicit debitum. de᷒
autē nulli debitor eſt. ḡ in ipſo nō ē
iuſticia. Hāc. q. ſoluit Ric. de media
villa. 46. di. 4. d. Nā iuſticia pōt acci
pi. ꝓ rectitudine volūtatis qua vult
aliqs reddere vnicuiqꝫ in diſtribuen
do vel cōmutādo qđ ei debeē. ⁊ ſm̄
hoc duplex eſt iuſticia. ſ. diſtributiua
qua aliqs vult oib᷒ qui ſūt de coīta
te diſtribuē bona coīa ſm̄ debitā ꝓ
portionis equalitatē. Et cōmutatiua
qua aliqs in cōmutādo vult ſeruare
debitā equalitatē ſm̄ q̄ntitatē. Com
mutatiua iuſticia ꝓprie loquendo in
deo nō ē: qꝛ nulli eſt debitor ex legi
neceſſitate: ⁊ ꝺ bono retribuit vltra
meritū: ⁊ de malo citra demeritū. Ju
ſticia v̄o diſtributiua in deo eſt. Oi
bus eni diſtribuit bona ſua ſm̄ debi
tā ꝓportionis equalitatē. Ad p̄mū
ḡ argumētū dicedū. q̄ licet dn̄i ad ſer-
uū nō ſit iuſticia cōmutatiua ſm̄ ple-
nā rōnem eiuſdē: qꝛ inter dominū ⁊
ſeruū nō ē eqnalitaſ eo q̄ oia q̄ ſunt
ſerui: ſunt dn̄i. tn̄ dn̄i ad ſeruos pōt
eſſe iuſticia diſtributiua que nō req-
rit equalitatē q̄ntitatl. ſ ꝓportionā-
litatis que eſt equalitas duaꝝ ꝓpor
tionū que cōſiſtit in h̄ q̄ ſeru᷒ ꝓpor
tionaliter retribuit ſm̄ merita ſua.
Ad ſc̄m dō q̄ etſi de᷒ nulli creatu
re ſit debitor ex recepto: tn̄ debitor ē
ex ꝓmiſſo. Nulli eni ē debitō niſi cui
vult. Si aūt queraē quare vult: non
reſpondebo niſi: qꝛ vult: qꝛ voluntas
ſua eſt p̄ma cā. Hec Ric. Ergo q̄uis
deus nihil patiaē ex peccatis cōmiſſ.
nihilqꝫ eius infinite bonitati adauge
atur ex bonis cōmiſſis: tamē malos
punire: bonos p̄miare ex iuſticia di-
ſtributiua debet: qm̄ ſic ipſe ꝓmiſit.
Dixit eni ꝑ ꝓpħam p̄s. 36. Qui ma-
lignāē exterminabunē. Et Apoc. 20.
Ecce venio cito ⁊ merces mea mecuꝫ
eſt dare vnicuiqꝫ ſm̄ opa ſua. ꝓpē h̄
dicit ſapiēs p̄v̄. 5°. Iniq̄tates ſue ca-
pient impiū: ⁊ funib᷒ pcc̄oꝝ ſuoꝝ co-
ſtringet. ⁊ p̄v̄. 11. Simplicitas iuſto
rū diriget eos. ⁊ ſubplantatio ꝑuer
ſoꝝ vaſtabit illos. Et p̄v̄. 13 c. Pecca
toreſ ꝑſequeē malū: ⁊ iuſtis retribuē
tur bona. Et p̄v̄. 14. Dom᷒ impiorū
delebiē: tabernacula iuſtoꝝ germina
bunt. Et Job. 34. Opus hoīs reddꝫ
illi deus: ⁊ iuxta vias ſinguloꝝ reſti
tuet. Et Paul᷒ Gal. 6. ait. Que eniꝫ
ſemiauerit hō: hec ⁊ metet. Et. 1. cor.
3°. Unuſq̄ſqꝫ ꝓpam mercedeꝫ accipiet
ſm̄ ſuū laborē. Et Eph. 6. Unuſq̄ſqꝫ
qđcūqꝫ fecerit bonū h̄ ꝑcipiet. Que
auctoritates ⁊ ſcōꝝ dicta iuſtitiā di-
ſtributiuā ſūmi dei narrāt. Sc̄o. ꝓbāe
debem᷒ pcc̄oꝝ ipunitatem. ſ. q̄ i hac
vita nō oēs pcc̄ores de ſuis malis pu
niunē. ⁊ ad hoc ē auctoritas. Job. 12.
d. Abūdāt tabernacula p̄donum. Et
Hiere. c. 12°. q̄ ſic deū alloq̄ē. Quare
via ipioꝝ ꝓſpaē hn̄ ē oib᷒ q̄ p̄uaricāē
⁊ inique agūt. Plātaſti eos ⁊ radicē
miſerūt ꝓficiūt ⁊ faciūt fructum. Et
Abacuch idē. d. 1. c. Quare nō reſpi-
cis ſuꝑ iniq̄ agētes ⁊ taces deuorāte
ipio iuſtiorē ſe. Et ne m̄l'ta dicamus.
experiētia oiuꝫ rerū magiſtra docet q̄liē
multi iniq̄ in via ſua mala ꝓſperāē.

Tertio ꝓbare debem⁹ ꝯtra illos
ſic ꝓſperantes ꝑparatũ eſſe p⁹ hanc
vitã rigidã ſeueritatẽ penãq; horibi-
lẽ dãnationis eterne. ⁊ ad hoc ꝓpoſi
tũ ſic. d. Aug⁹. 20. li. de. ciui. dei. c. 2°.
Nũc aũt ⁊ mala ferre equo aio diſci
mus que patiũ̃ ⁊ boni. ⁊ bona non
magnipendere que adipiſcũ̃ ⁊ mali.
Ac ꝑ hoc etiã in his reb⁹ in qb⁹ non
apparet diuina iuſticia ſalutaris ẽ diui
na doctrina. Neſcim⁹ enĩ quo iudicio
dei bon⁹ ille ſit pauꝑ. mal⁹ iſte ſit di
ues. iſte gaudeat quẽ pro ſuis ꝑditis
moribus cruciari debuiſſe meroribus
arbitramur. cõtriſteẽ ille quem vita
laudabilis gaudere debuiſſe perſua-
det. exeat de iudicio nõ ſolũ inultus
verum etiam damnatus innocẽs aut
iniqtate iudicis preſſus: aut falſis ob
rutus teſtimoniis. econtrario ſceleſt⁹
aduerſari⁹ eius nõ ſolũ ipunit⁹: verũ
etiã vindicatus inſultet. Impi⁹ optĩe
valeat. pi⁹ languore tabeſcat. Latro
cinẽ̃ ſaniſſimi iuuenes: ⁊ q nec vbo
queq̃ ledẽ potuerũt diuerſa morbo
rũ atrocitate affligã̃ infantes. Vtiſ̃
rebus humanis imatura morte rapi
atur. ⁊ q videẽ̃ nõ naſci debuiſſe di-
utiſſime inſuꝑ viuat. Plen⁹ criminibus
ſblimeẽ̃ honorib⁹. ⁊ hoiem ſine q̃rela
tenebre ignobilitatis abſcõdãt ⁊c. hi⁹
que qs colligit qs enumerat. Que ſi
haberẽt in ipſa velut in obſurditate
ꝯſtantiã: vt in hac vita in q̃ hõ ſic̃ ſa
cer pſal. eloq̃. Vanitati ſilis fact⁹ eſt
⁊ dies eius velut vmbra ꝑtereũt nõ
niſi mali adipiſcerẽtur trãſitoria iſta
bona atq; terena: nec niſi boĩ talia pa
terenẽ̃ mala poſſet hoc referri ad iu-
diciũ iuſtũ dei: ſiue etiã benignũ vt q

nõ erãt aſſecuturi bona etna q̃ faciũt
beatos tꝑalib⁹ deciperẽ̃: vel ꝓ ma-
licia ſua vel ꝓ dei mia cõſolarẽ̃ bo
nis. ⁊ q nõ erãt paſſuri eterna tormẽ
ta tꝑalib⁹: vł ꝑ ſuis qbuſcũq; vł q̃tu
liſcũq; peccatis affligerenẽ̃: vel ꝓpter
implendas v̓tutes exercerenẽ̃ malis.
hec ille. Et idẽ in ꝑ. de ci. dei. c. 7. ait.
Placuit qppe diuine ꝓuidẽtie ꝑparare i
poſteꝝ bona iuſtis qbus nõ fruentur
iiuſti: ⁊ mala impiis: qb⁹ nõ excrucia
bunẽ̃ boni. Iſta v̓o tẽꝑalia bona ⁊
mala vtriſq; voluit eſſe cõia: vt nec
bona cupidi⁹ appetã̃ q̃ mali quoq;
habẽ cernũ̃: nec mala turpiẽ̃ euitenẽ̃
quib⁹ ⁊ boni plerũq; afficiunẽ̃. Intereſt
aũt plurimũ q̃lis ſit vſus vel eaꝝ reꝝ
que ꝓſꝑe: vel eaꝝ que dicũ̃ aduerſe.
Nã bon⁹ tꝑalib⁹ nec bonis extolliẽ̃:
nec malis frangiẽ̃. Mal⁹ aũt h⁹cemõi
infelicitate puniẽ̃: q: felicitate corrum
pitur. Oſtendit tñ de⁹ ſepe etiã i his
diſtribuendis euidẽti⁹ oꝑationẽ ſuã
Nã ſi nũc oẽ pcc̃m mãifeſta plecteret
pena nihil vltimo iudicio reſuari pu
tareẽ̃. Rurſus ſi nullũ pcc̃m nũc puni
ret aperte eius diuinitas nulla eẽ di-
uina ꝓuidẽtia credẽ̃. Similiẽ̃ i reb⁹
ſecũdis ſi nõ eas deus qbuſdã petẽ-
tibus euidẽtiſſima largitate cõcedẽt
nõ ad eũ iſta ꝑtinere dicerem⁹. Itẽq;
ſi oib⁹ ea petẽtib⁹ daret nõ niſi ꝓpẽ
talia premia ſeruiẽdũ illi eẽ arbitra-
renẽ̃: nec pios nos faceret talis ſerui-
tus. ſed poti⁹ cupidos ⁊ auaros. hec
ille. Nõ letenẽ̃ g̃ pccõres ⁊ iimici dei
quibus blãdus eſt mũd⁹: ſi ꝓſpera vi
derint ſibi cũcta ſuccedẽ: q: nõ ẽ ab-
breuiata man⁹ dñi q pcc̃a q̃ nũc ipu-
nita relinquit ſtricti⁹ puniẽdi reſuat

poſt hanc vitã. O ꝑfidi peccatores
ad vos clamo vobiſq; dico. nolite cõ
fidere i iniqtate. nolite inebriari dul-
cedine bonoꝝ h⁹ mũdi: q: oĩa tꝑalia
cito deficient: ⁊ illoꝝ gaudiũ qd̓ i ꝑ-
ſenti guſtatis vobis cõuerteẽ̃ in lu-
ctum: Nõ triſtenẽ̃ inſuꝑ hi q deo ſer
uiũt ſi i pñti aliqd̓ patiã̃ laborioſũ
q: p⁹ laborẽ calamitates ⁊ erũnas ſb
ſeq̃ẽ̃ qes: ⁊ pax oiuzq; bonoꝝ affiuẽ
cia in repromiſſa felici ac beata vita
Nõ ꝓ vno ſolo pccõ mortali iuſt⁹
deus dãnat etnaliter aĩam: nec ſufficẽ
penitẽtia de oib⁹ aliis ſi vnum ſoluz
retineat.
Capl̃m. 2.
Ecũdũ myſteriũ declarãduz
de ſeueritate diuine iuſticie dr̃
reſtrictio in quo diſputãdũ
eſt ꝯtra nõnullos qui multa pcc̃a re-
linquẽtes aliqd̓ tñ ſibi in q̊ delectenẽ̃
reſeruãt cõfidentes ꝑ tale pniaz poſ
ſe ſaluari. Querit̃ g̃ vtrũ tã reſtri
cta tanq; arcta ſit dei iuſticia vt ꝓpẽ
vnũ ſolũ pcc̃m mortale dãnare velit
eũ q de oib⁹ aliis pniaz egerit illo ſo
lo reſeruato puniẽs illũ ⁊ ꝓ illo ⁊ ꝓ
oib⁹ aliis. ⁊ rñdeo ꝙ ſic. Ita ꝙ ſi vn⁹
mille pcc̃a mortalia cõmiſiſſet: ⁊ pro
illis oib⁹ tãdẽ vno dũtaxat excepto
longam feciſſet pniam moreret̃q; cuz
illo pccõ mortali dãnat⁹ vtiq; foret ⁊
puniret̃ ꝓ illo ac ꝓ aliis de qb⁹ pniaz
egerat illo vno ſtante. Probat̃ aũt
hoc qd̓ dicim⁹ tripl̃r. p° auctoritate
2°. rõne 3°. exemplis. P° auctori-
tate: vnde ſapiens eccl. 19. ait. Qui in
vno peccauẽit multa bona ꝑdet. Et
Jac. 2. c. habet̃ illud qd̓ poniẽ̃ d̓ reg
iu. c. defleat. Qui totã legẽ ſeruauẽit
offendat aũt in vno fact⁹ eſt oiuz re⁹

Et de pe. di. 3. c. pniam agere. ꝓpe. c.
ſi aplus Greg⁹ ait. Quid enĩ ꝓdeſt
ſi pcc̃a luxurie qs defleat: ⁊ tñ adhuc
auaricie eſtib⁹ anhelat. Et Aug⁹ i li.
de penitẽtia inqt: illud qd̓ poniẽ̃ de
pe. di. 3. c. ſunt plures. Sũt plures q̃s
penitet peccaſſe: ſ; nõ oio reſeruãtes
ſibi q̃dã in qb⁹ delectẽ̃ nõ aĩaduer-
tentes dñm mutũ ſimul ⁊ ſurdũ a de
mõio liberaſſe ꝑ hoc docẽs nos nũq;
niſi d̓ oib⁹ poſſe ſanari. Si enĩ vellet
pcc̃a ex ꝑte reſeruari habẽtẽ ſeptem
demonia ꝑficẽ poterat ſex expulſis.
Expulit aũt ſeptẽ vt oĩa crimia ſimł̃
eiiciẽda doceret. Legiõez aũt ab alio
eiiciens neminẽ reliqt de oib⁹ q libe-
ratũ poſſiderẽt oñdẽs ꝙ ſi etiã pcc̃a
ſint mille oportere de oib⁹ penitẽ.
2°. ꝓbat̃ rõne ꝙ de⁹ nec penitẽtiã ac
ceptat illoꝝ q ſibi aliqd̓ pcc̃m reſer-
uant: nec ſi eos dãnat illoꝝ penã re-
mittit. Et eſt prima ratio domini
Bona. ⁊ Ricardi de media villa ni
4. di. 15. Quia oẽ pcc̃m mortale con
trariat̃ grẽ gratũ faciẽti: ſine q̃ pcc̃a
remitti nõ poſſũt. ⁊ q: in aĩa nõ põt
eſſe ſimul pcc̃m ⁊ gr̃a ꝑdict̃a vno pec
cato mortali tñ huic grẽ ꝯtrariante
nõ põt de aliis venia ipetrari. ⁊ dr̃
rõ iſta ꝯtrariatiõis. 2°. ro dr̃ falſifi
cationis quã tangit Tho. in. 3. parte
q. 86. Nã de⁹ pcc̃a non dimittit ſine
pnia vera. Sed pnia q̃ ẽ i aĩa adhuc
vel actu vel volũtate peccãte morta
liter eſt pnia falſa. g̃ de⁹ ꝑ talẽ pniaz
falſam minime pcc̃a dimittit. Ideo ait
Iſidor⁹ de pe. di. 3. c. irriſor. Irriſor ẽ
⁊ nõ penitẽs q adhuc agit qd̓ peni-
tet nec vr̃ deũ poſcẽ ſubdit⁹: ſ; ſubſa
nare ſuꝑbus. ⁊ de pe. di. 5. c. fratres

noſtros dicit̄. falſam penitētia eē cō-
ſtat cū ſp̄etis pluribꝰ de vno ſolo pe
nitētia agit̄. ¶ Tertia rō ſm̄ p̄fatos
theologi. dr̄ ꝑfectionis: q2 deꝰ ꝑfectiſ
ſimus nihil facit imꝑfectū. Cū ḡ iuſti-
ficatio ipiꝰ ſit opꝰ dei: debet eē opus
ꝑfectū: Aut ḡ nihil dimittit ſm̄ ordi-
nē ſue iuſticie: aut totū ſm̄ cōdeſcen-
ſionē ſue infinite mīe. Et h̄ inqt Augꝰ
in p̄alleg. c. ſunt plures. Quedaz im-
pietas infidelitatis ē ab eo q iuſtus ꝛ
iuſticia ē dimidiā ſpare veniam. Nec
ꝓpterea tñ deſpandi ſunt pc̄cores q
de multis penitētiam agūt vno reſer
uato cū faciliꝰ poſſint ad gratiam ꝛ
verā penitētiā redire ſi mlta peccata
vel aliqua licet nō oīa deponāt. ¶ Sc̄o
ꝓbat̄ ꝙ tam arcta ſit dei iuſticia vt
ꝓpt̄ vnū ſolū pc̄m mortale damnet
eū q cū illo ex hac vita migūerit ma
nifeſtis exemplis. Narrat qdē Greg
i. 4. dial. li. Q2 fuit i monaſterio quo-
dā monachus vnꝰ q cuz appereret vir
ꝓbus ꝛ totus religioſus extiꝰ longe
alit̄ ꝙ̄ apparebat fuit. Nā cū ſe ieiu
nare cū fratribꝰ demōſtraret: occulte
mādurare cōſueuerat. Corpis autez
ſupueniēte moleſtia ad vite extrema
ꝑductus eſt. Qui cū iam eſſet in fine
frēs oēs ad ſe q erant in monaſterio
vocari fecit. At illi putabāt viro mo
riente magnū qd ac delectabile ſe ab
eo audire. Quibꝰ ipſe afflictꝰ ꝛ tre-
mens cōpulſus ē ꝓdere cui hoſti tra
ditus cogebat̄ exire. Nā dixit qñ me
vobiſcū ieiunare credebatis occulte
comedebā. ꝛ ecce nūc ad deuorandū
draconi ſū traditus q cauda ſua ge-
nua mea pedeſq3 colligauit. caput vō
ſuū intra meū os mittēs ſpiritū meuz

ebibens abſtrahit: quibꝰ dictis ſtatiꝫ
defunctus eſt atq3 vt penitēdo libe-
rari potuiſſet a dracone quē viderat
expectatus nō ē qd̄ nimirū cōſtat: q2
ad ſolā audientiū vtilitatē viderit.
Ad idē ē exemplū qd̄ recitat Cyrillꝰ
ſcribēſ ad Augꝰ de tranſitu Hiero.
Nepos inqt qdē meꝰ, Ruffus nomīe
vtroq3 p̄uatꝰ parēte a teneris annis
ad meas deuenit manꝰ q vtinam ex
vtero nō exiſſet ne illi qd̄ ſuſtinet cō
tigiſſet: quē tanta diligētia enutriui
vt a pluribus a me genitꝰ putaretur
Creſcēs itaq3 infelix puer etate qdē
nō ſapiā: ingēti pulchritudine corpis
decoratus ſed nō aīe: a cūctis dilecti
one ſupflua colebat̄. Is nāq3. 18. eta-
tis ſue anno ībecillis ꝛ miſerrimꝰ ex-
pirauit: de cuiꝰ morte tantus ab oībꝰ
inſonuit luctꝰ ꝙ vix ꝑ mēſem potuit
quietari. At ego nimie eiꝰ icūbēs di-
lectiōi pluries rogaui glīoſū Hiero.
vt mihi qd acciderat nepoti meo re-
uelaret. Orāti aūt mihi die q̄dā hōa
nona: tantus affuit fetor ꝙ nullatenꝰ
potui ſuſtinē ꝛ dū tacitꝰ admirarer.
vñ tantꝰ fetor eſſet ſup̄ meū v̄ticem:
eleuatis oculis infelicē nepotē meum
vidi t̄ribili viſiōe ita ꝙ viſū in eū im
primē nō audebā nā cathenis igneis
circūligatꝰ flāmas fetidiſſimas erum
pebat. Ad hanc t̄ribilē viſionē ſbito
me tātꝰ timori inuaſit vt dū plurimū
loq vellē formare vocē penitꝰ nō va
lerē. Poſtremo aliquātulū ad me re
diēs ſi meꝰ erat nepos voce cepi ꝑq-
rere tremebūdā. Ad hec inqt ille vlu-
latibꝰ ꝛ ſuſpiriis. Utinā nō eēꝫ ne tā
diris eſſem cruciatibꝰ deputatꝰ. nam
ſcias me ꝑpetuis tpibꝰ manſionibus

tartareis ꝑmāſuruz. Heu qd dicam!
His dictis tantus mihi dolor affuit
vt perpluries ſum miratꝰ quō de hac
vita protinꝰ nō deceſſi. Longis autē
expletis colloquiis ab eo ſciſſitatus
fui: cur ita dinā miam ꝑdiderat cum
tot v̄tutibꝰ videret̄ pollē. Pro nlla
inqt me ſcias cauſa fore dānatuꝫ niſi
q2 in ludis marie delectabar. Atq3 i
morte volūtarie poſtpoſui cōfiteri. q
bus dictis diſparuit: ꝛ tātꝰ fetor re-
manſit vt in locū illū ꝑ magnū ſpaciū
nullus auſus ſit introire. Hec Cyrill.
Ue igit̄ his q cū talia vel legūt vl̄ au
diunt nō timēt nō mutāt̄ nō ꝯuertūt̄
ad dn̄m deū ſuū. Nā ſi pro vno pc̄co
ſolūmō hoīem dei iuſticia eternalit̄
dānat qd faciet ꝓ multis. O ſomno
lenti pc̄cores. o ꝑegrini velociſſimi ꝛ
aduene in hoc ſeculo cōſiderate q̄ vē
tura ſunt: ꝛ cognoſcite quāta vobiſ
impenitētibꝰ ꝛ in peccatis obſtinatiſ
diuina iuſticia cōmiat̄ mala. Nec ſuf
ficit aliq̄ pc̄ca relinquē: vt pꝫ ex dictiſ.
niſi oīa pariter relinquātur.

¶ Qualit̄ deꝰ iuſto iudicio ꝑmittit
eos q pniaz differūt vſq3 ad extremū
vite inpugnari variis impedimētis.

Tertiū myſteriū ¶ Capl̄m. 3.
cōtēplādū de ſeueritate di-
uine iuſticie ꝯtra pc̄cores im
peītētes dr̄ ꝑmiſſio: Cōſueuerīt nāq3
in peccatis ſuis aliq eē ſecuri ꝓmitte
tes ſibi in extremo vite pniaz ſe factu
ros. Uerūtñ iuſticia dei ſeuera ꝙ̄ fre
quēter ꝑmittit tales īpugnari maxie
a tribꝰ qbꝰ eoꝝ pnia īpedit̄. ¶ p̄ a paſ-
ſionibꝰ. 2° a demonibꝰ. 3° a paren-
tibus. ¶ Pͦ ꝑmittit deꝰ tales pc̄cores
īpugnari a paſſionibꝰ. Nā vt inquit

Scotus in. 4. Solet euenire ꝙ i ex-
tremo vite qñ pc̄cores infirmat̄ i ſen
ſitiua ꝑte adeſt maximꝰ dolor ꝛ ma-
ximus timor. Dolēt relinq̄re mūdum
quē cū ſuis bonis magis dilexerūt ꝙ̄
deū. Timēt mortē q̄ ꝓuat eos oī ter-
reno bono ꝛ vita tꝑali quā p̄poſue-
rūt etne. O quātus labor eoꝝ corda
mēteſq3 occupat. Alterat̄ ex hiꝰ paſ-
ſionibꝰ rō: q2 ſm Augꝰ paſſiones tri-
ſtabiles plꝰ rōnē ſuffocāt ꝙ̄ delecta-
biles. Inde fit vt ꝛ ipſi miſeri q ꝓpo
ſuerūt malefaciendo in extremo vite
ad penitētiā venire: nihil de deo co-
gitēt: nullāq3 d̄ ꝓpa ſalute memoriā
habeāt: q2 vt Augꝰ i ſmōe de inocen
tibꝰ ait. ꝑcutit̄ hac aīaduerſiōe pc̄cor
vt moriens obliuiſcat̄ ſui q dū viuēt
oblitus ē dei. Sūt de h̄ quotidie ex
empla clariſſima. Nā ꝛ ego vidi quē
dā in extremiſ laborātē q ditiſſimus
erat ꝛ diuitias nō ſine peccatis ꝯgre
gauerat. Cūq3 monerē eū vt iam aīe
ſalutē q̄reret male libenter audiebat
hiꝰ v̄ba. quimo in lectulo i q̄ iacebat
ſe voluēs ſuſpirabat gemebat immo
rugiebat dr: O q̄tū laboraui vt the-
ſaurizarē: ꝛ alii gaudebūt de theſau
ris meis. O ditie mee. o pecunie mee
o iocalia mea: qs vos poſſidebit ꝛ q
bus vos relinquaꝫ. ꝛ in his ꝛ ſilibus
retinēs cor ꝛ aīuꝫ miſerrimꝰ expira-
uit. In ciuitate etiā Spoletana puel
la q̄dā formoſa fuit que vanitatibus
ſp intēta nil d̄ futura vita cogitabat
Hec īfirmitate ꝑcuſſa monitiones ꝛ
hortamēta ſalutis abhorrebat: ſicut
mihi retulerūt q viderūt ꝛ audierūt
illā. Tādē iualeſcēte mōbo cū cernēt
infelix iuuēcula de ꝓximo ſibi iminē

mortē rogauit instant mrem vt eam
vestiret ⁊ p̄ciosis indumētis q̄ ferre
ꝯsueuerat: ornaret poliretq̄ illā tāq̄
ſi ad nuptias eſſet acceſſura. Annuit
ei mat̄ fecitq̄ qđ filia volebat. O tri
bile iudiciū. O ſtupēdū ⁊ admirabi-
le dictu. Sic ornata: ſic induta ſuſpi
rando clamare cepit iuuēcula vana.
Heu q̄ moriar ego ſic pulchra. mori
ar ego ſic decora. moriar ego in tam
tenara etate. Dicebāt illi circūſtātes
Cōmitte te deo filia: q̄ benign⁹ ⁊ cle
mens eſt. At illa magis lamētabiliter
rn̄debat. Et qđ mihi cū deo? veni tu
diabole ſuſcipe tu aīam meā. inter q̄
v̄ba expirauit dānata ⁊ deſp̄ata.

Permittit deus ipugnare peccores i-
penitētes in extremo vite a demōib⁹.
Ipſi etenim ſpūs maligni etſi a circum-
ſtantib⁹ nō videāt: appareant tn̄ his
q morīāt aſpectu horribiliſſimo tem-
ptātq̄ infeſtāt ac conāt duriſſimo cer
tamie: vt de mia deſperēt. Vn̄ Beda
refert de geſtis angelorū. q̄ rex qdā
anglie. Adouerēdus noie habuit mi
litē in armis pbū: ſ; corruptū in mo-
ribus. Cū autē improuiſa infirmitate
feriret a rege viſitat ⁊ monet ad pe
nitētiā q renuit. ne q̄ videret h̄ facē
ex timiditate cordis. Cū v̄o ad mor
tis deduceret t̄mios iterū rex viſita-
uit eū cōfortās vt penitēt. O dn̄e mi
rex tarda hora eſt cū iā iudicat⁹ ſim
⁊ dānat⁹. Nā paulo ante q̄ huc in-
trares ingreſſi ſunt duo clariſſimi iu
uenes: quor vn⁹ ſedit ad pedes lecti
mei: alter ad caput: ⁊ dixerunt. Iſte
adiudicatus ē morti videam⁹ ſi ali-
qđ ius habem⁹ in eo. ⁊ vn⁹ extraxit
librū ſpecioſiſſimū: ſ; valde puulū de
ſinu ſuo: litteris aureis ⁊ fulgētib⁹ cō
ſcriptū: in quo legēs: vidi aliq̄ parua
bona que fecerā i iuuētute mea anq̄
mortalit̄ peccaſſē. Et cū miro modo
exultarē in viſione hor: ecce duo de-
terrimi demones intrauerūt: ⁊ vnū
magnū librū lr̄is nigris ſcriptū i quo
vidi oīa pcc̄a mea. Et dixerūt demo
nes angelis q ibi erāt. Quid hic faci-
tis cū i eo nullū ius habeatis: ⁊ liber
veſter nihil valeat: ſ; noſter. Et rn̄-
derūt angeli q̄ verū ē ⁊ receſſerunt.
⁊ hi duo demōes cruciāt me. Quib⁹
dictis infeliciſſim⁹ expirauit. Eſt ḡ mo
leſtus diabol⁹ morietib⁹ nō ſolū im-
piis atq̄ puerſis: ſ; etiā ſcīs ⁊ amicis
dei. Scribit eni Cyrillus ad Augl. in
trāſitu Hiero. q̄ Euſebi⁹ vir ſcīſſim⁹
quōdā Hiero. gl'ioſiſſimi diſcipulus
cū eēt de hac vita migratur⁹ adueni
ente die q̄ ſe ex Hiero. reuelatiōe mi
grare ſciebat die tertio p̄cunte la-
bore febriū cōcuſſus valide ſe ſuper
terrā magiſtri nō imemor nudum de
ferri fecit a fratrib⁹ ⁊ a ſingulis oſcu
lū accipiēs benigna eos ꝯſolatiōe cō
fortauit: vt in ſcō maneret pposito.
Deide ſaccū q̄ opiebat gl'ioſ⁹ Hiero
deferri: ⁊ ſup ſe poni fecit: ordinauit
q̄ ſe nudū inſtar mgr̄i ſui Hiero gl'io
ſi ext̄ eccl'iam in q̄ iacebat ſci Hiero.
corpus ſepeliri. p⁹ hec corpe ſacratiſ
ſimo dn̄i ſe muniēs deo ⁊ btō Hiero
deuote ſe cōmēdauit: ⁊ ſic p triduū
locutiōe corpali ac viſione puat⁹ cir-
cūſtātib⁹ frib⁹ pſalteriū ac paſſionē
dn̄i: ac alia ſcā legētib⁹. Die v̄o quo
moritur⁹ erat an̄ hrē aīe exitū p du-
as horas venerabil' Euſebius cepit
ita t̄ribiles act⁹ pagere q̄ circūſtātes
monachi pauore pterriti velut amē-
tes in t̄ra iacebāt. Nā qn̄q̄ trāſuer̄
oculis manib⁹ ſimul iūctis voce dira
facieq̄ t̄ribili clamabat. Nō faciam.
nō faciā. Mētiris. mētiris. Poſt hec
ad t̄rā rediēs faciem in t̄ra firmabat
q̄tū poterat clamans. Adiuuate me
frēs ne peā. Qđ monachi vidētes la
chrymatib⁹ oculis eū interrogauerunt
quid eſſet. Ad q̄s ille. Nōne videtis
demonū agmia q me deuorare cupi-
unt. Et illi. Quid te factū volebāt
cū dicebas. Nō faciā. mētiris? At ille
Conabāt nāq̄ vt nomē dei blaſphe-
marē: ⁊ ego hoc nolle facē acclama-
bā. Dicebāt inſup vt de dei mia de-
ſperarē eo q̄ eēm dānat⁹. Quib⁹ ego
rn̄debā q̄ mētiret. Abſcōdebā autē
faciē mea ne viderē eor aſpectū qui
tā t̄ribilis ē vt ſuſtineri nō poſſit. Si
ḡ hic dei amic⁹ tā durū pliū a demo-
nibus ſenſit qđ facēt peccores nephā
diſſimi q tā diu diabolo ſeruierunt?

Permittit de⁹ peccores ipenitētes
ipugnari i extremo vite a parētibus
⁊ domeſticis ⁊ ppinqs. Ipſi eqdē ſūt
q egrotātib⁹ cōfeſſionē noiare nō au
dent ſacerdotes ⁊ religioſos noiare
volētes: indignāt expellūt notarios
ſi cōparuerit vt teſtā cōficiāt turpit̄
eiciūt. O amici carnales. o iimici aīa
rū caror vror de vobis dr̄ Math.
10. c. Inimici hois domeſtici ei⁹. Pro
pterea ſalubrit̄ puiſū ē p. c. cū infirmi-
tas de pe. ⁊ re. Dic. n. ſic. Cū infirmi
tas corpalis nō nūq̄ ex pecco pueiat
dicēte dn̄o languido quē ſanauerat.
Vade ⁊ apli⁹ noli peccare ne deti⁹s
tibi cōtingat: p̄nti decreto ſtatuimus
⁊ diſtricte p̄cipim⁹ medicis corporū
vt cū eos ad infirmos vocari ꝯtige-
rit ipſos ante omnia moneant ⁊ indu-
cāt: vt medicos aduocēt aīar vt p⁹
q̄ infirmo fuerit de ſpūali ſalute pui
ſū ad corpalis medicine remediū ſalu
brius pcedat cum ceſſante cā ceſſet ⁊
effect⁹. hec ibi. S; pmittente deo ad
puniēdā negligētiā ipenitētiū: nec ipi
medici ſtatutū h̄ ſaluberrimū eccl'ie
obſeruāt. Timēdū igit̄ ē oib⁹ peccori
bus ne ſeuiāt i eos iuſticia dei. Vō in
tpe opportuno ſine dilatiōe ſtudeāt
ad pniam redire: vt illa mediāte faci
ant ſe dignos gr̄a ⁊ cōſequēti beata
gl'ia. i q̄ viuit de⁹ i ſecl'a ſeclor. Amē

Feria q̄rta p⁹ dn̄icā in ſexageſima de ſeueritate diue iuſticie coīi origeniſtas q dicūt in fine oēs diabolos ac ho ies fore ſaluandos. Sermo. xi.

Reddet vnicuiq̄ ſm opa ſua
Sapiētiſſimi filii dei verba
ſūt iſta. Math. 16. c. origina
liter ſcripta. Offert ſe nobis ex oi p-
te magis ac magis tremenda iuſticia
dei q̄ nō reſpicit pſonas hoiū: nō cu
rat angelor dignitatē: ſ; oib⁹ peccā-
tib⁹ ⁊ de pecco nō penitētib⁹ cōmiat̄
indifferēt dānationē etnā. Sūt tam̄
origeniſte qdā ptinacit̄ aſſerētes q̄ i
fine de⁹ lapſis angelis ⁊ dānatis ve-
niā dabit q̄q̄ ifideles oēs reuocabūt
ad celū. ⁊ q̄ xp̄iani glib; habitabunt
in padiſo itaq̄ dei mia ſupabit oē
rigiditatē iuſticie ei⁹. Cōtra tales l pn̄
ti ſ̄mone. dicē ſtatui ondēq̄ q̄ fortis
⁊ aſpa ſit diua iuſticia cōtra peccores
quoſcūq̄. Ad qđ intelligēdū ꝯſiderā
dāq̄ illa pponim⁹ ex triplici pte.

Primo ex pte angelor malor.

Secūdo ex pte infidelium excecator.

¶ 3º. ex pte xpianoꝝ falſoꝝ.
¶ Qualiter errauit Origenes circa
ſaluationē maloꝝ angeloꝝ. ꝛ quō tā
tus error ꝑ ſacras ſcripturas roborat

PRimo pponim⁹ ꝯſi. Capi. i.
Pderāo dei iuſticiā terribilē ꝛ
ſeuerā ex pte āgeloꝝ malorū
Nā eos excellētiſſimos nobiliſſimoſ
pfectiſſimoſqꝫ in donis nāe multos ꝛ
qſi inumerabiles ppꝛ vnū ſolū pccm
ſupbie a padiſo ſeu empireo celo eie
ctos eꝛnalit cōdēnauit. Alēꝝ p clari
ori noticia hui⁹ ptis tria dubia emer
gūt diſputanda. ¶ Pº. vtrū Origenis
opio fuit ꝙ mali āgeli ſaluabūtur.
¶ 2º. vtrū mali angeli ſint in inferno.
¶ 3º. vtrū ꝑ ſcripturas pbari poſſit ꝙ
āgeloꝝ malorum pena nūqꝫ finieꝛ.
¶ Circa pmū dubiū ē triplex mod⁹ di
cēdi. P⁹ ē qrūdā q Origenē excuſāe
volūt. dr nūqꝫ eū falſa aut rephēſiōe
digna nō ſolum ſcripſiſſe: ſꝫ nec docē
potuiſſe. Sꝫ iuidie qrūdā attribuunt
oia q̄ de Origene erronea ꝛ hētica
pdicaꝛ. Inuidi aūt talia Origeni: vt
illū crimiarēꝛ iposuerūt. Mouēꝛ āt
iſti defenſores Origenis ad ſic tenēd
tū ppꝛ ei⁹ ſcimoniā: tū ppꝛ pfūdam
ſciaꝫ: tū ppꝛ feruētiſſimū zelū. Nā vt
colligitur ex dictis Euſebii i hiſtoria
eccliaſtica. ꝛ Hiero. i li. de viris illu
ſtrib⁹. Origenes habuit prēꝫ Leoni
dā xpianū ꝛ martyrē: p⁹ cui⁹ marty
riū cū reb⁹ patrimonialib⁹ ob cōfeſſionēꝫ
nois xpi eēt puat⁹ cum mrē vidua: ꝛ
ſex frib⁹ paup derelict⁹ hñs ānoſ cir
citer. 17. etatiſ ſtudio lrāꝝ itēt⁹ ſe ma
trem ꝛ frēs de eo qd docens lucrari
poterat ſuſtētabat: ꝛ ſepius martyr
migraſſet ad dñm: niſi mr ei⁹ pia frau

de nocte veſtes ei⁹ ſbripuiſſet. Cōſe
cut⁹ tādē eſt a deo ſcie grām: eratqꝫ
potētiſſim⁹ i grāmatica ꝛ oib⁹ ſecla
rib⁹ lris: in oi qꝫ pħia ꝛ nāli eruditi
one pfect⁹: ſꝫ iſtruct⁹ maxie i lectiōe ꝛ
doctria dinoꝝ voluminū. Uñ p icre
dibili ſcie ſue pogatiua doctō eccliē
Alexādrie a Demetrio ipſi⁹ loci epo
iſtitut⁹ ē cathedrāqꝫ doctoris p⁹ Pā
theriū ꝛ Clemētē ſtri⁹ obtinuit. Cui⁹
ſ. Clemētiſ ꝛ ipe auditor extitit. Ubi
dū vbū dñi docēt palā: tam viros qꝫ
feias iſtruxit. Et ut oiſ maledicti tur
pis occōēꝫ īfidelib⁹ tollēt qdā min⁹
pfci ſenſ⁹: ſꝫ feruētiſ fidei caſtitatiſ op⁹
exercuit. Nā illud euāgelicū attēdēs
Sūt eunuchi q ſe caſtrauerūt ppꝛ re
gnū celoꝝ: mox illd i ſe cōpleuit. Tūc
qꝫ nulla aduerſariis dethendi occōe
relicta vigilāꝛ doctrie ꝛ pdicationi
vacauit i abſtinētia pluria i ieiuniiſ i
vigiliis. Ex ei⁹ vo auditōib⁹ mlti mar
tyres ſūt effecti. Et nūqꝫ pmiſit ea q̄ i
eccleſiis differebat a notatorib⁹ exci
pi: niſi qñ ſexageſimū etatis ſue annū
agēs multo vſu ꝛ labore plimū i vbo
dei fiducie accepat. Iſido⁹ āt i. 6. ethi
li. ſic de ipſo ait. Origenes i ſcripturaꝝ
labore tā grecos qꝫ latioſ opuꝫ ſuoꝝ
magnitudie ſupauit. Deniqꝫ Hiero⁹
ſex millia libroꝝ ei⁹ ſe legiſſe fatetur
Propꝛ hec oia g̊ non videꝛ qbuſdā
vt dixim⁹ ꝙ Origēs tā gūiꝛ potuerit
errare: vt dicēt etiā dānatos āgeloſ
fore ſaluādos. Sed his ego rñdeo ꝙ
null⁹ ē tā ſcūs: tā iuſt⁹: tā doct⁹ i le
ge dñi tāqꝫ exercitat⁹ i via ei⁹ vt ca
dē nō poſſit ſm cōeꝫ legē. Sapiētiō
certe mūdiorqꝫ ipſo Origene erat in
celo empireo lucifer: ꝛ tñ ppter pccā

expulſus eſt inde. Quare aūt deus p
mittat ruere eos q diu i vtutib⁹ pſe
uerarūt penitus ignoram⁹: qꝛ iudicia
dei abyſſus multa. ¶ Secūd⁹ mod⁹
dicēdi de Origene eſt alioꝝ q tenent
ipſū erraſſe: ſꝫ p⁹ errorē ad penitētiā
veniſſe. Oñdūt aūt planctū quēdā q
aſcribiꝛ Origēi tñ plāct⁹ ille inꝛ apo
chriphaſ ſcripturaſ ānumeraꝛ: vt pꝫ
15. di. c. ſcā ro. ecclia. ¶ Terti⁹ modus
dicēdi de Origene ē ꝙ i vitate erra
uerit. Uñ Aug. 21. li. d ci. dei. c. 17. vel
21. ait. Nūc iā cū mificordib⁹ noſtris
agendū eē video: ꝛ pacifice diſputan
dū q vel oib⁹ illis hoib⁹ qs iuſtiſſim⁹
iudex dignos gehēne ſupplicio iudi
cabit: vl qbuſdā eoꝝ q nolunt credē
penā ſempitnā futurā: ſꝫ p⁹ certi tpis
metas p cuiuſqꝫ pcci qtitate lōgio
ris ſiue breuioris eos inde eſtimāt li
berādos. Qua i re mificordior pfe
ſecto fuit Origenes q ꝛ ipſū diabolū
ꝛ āgelos eius p⁹ grauiora p meritis ꝛ
diuturniora ſupplicia ex illis crucia
tibus eruēdos ꝛ ſociādos ſcis angeꝛ
credidit. Sed illū ppꝛ h ꝛ ppꝛ alia
nōnlla nō imerito reprobauit ecclia
hec ille. Et Hiero⁹ ad Palmachium
ingt. Si mihi creditis origēiſta nūqꝫ
fui: ꝛ ſi nō crediti nūc eē ceſſaui. Ma
le ſentit de filio: pei⁹ de ſpū ſcō: aiaꝫ
de celo ruinā ipie ptulit: verā totiuſ
carniſ reſurrectionē negauit. Et ideꝫ
ad Deſideriū ait. Origeneſ melior in
bonis peior in malis fuit cui⁹ hereſeſ
in libris Periarchon qs ipſe ꝯpoſuit
maxie iueniri dicūꝛ. Et idē aduerſus
Uigilātiū ſic loqꝛ. Opis mei ē ꝛ ſtu
dii multos legē: vt ex plurimis diuer
ſos flores carpā: nō tā pbatur⁹ oia

qꝫ q̄ bona ſint electur⁹. Aſſumo mul
tos i manu mea: vt a multis mlta co
gnoſcā. Origēs hētic⁹ qd ad me? qui
illū in pleriſqꝫ hēticū eſſe nō dubito.
Errauit eni de diaboli pnia: errauit
de aiaꝫ ſtatu: ꝛ qd de his deteri⁹ eſt
prēm ꝛ ſpm ſcm in cōmētariis. Iſaie
ſeraphin eē teſtat⁹ ē. Si erraſſe non
dicerē: ꝛ hec quotidie nō anathema
tizarē eēm erroris illi⁹ ſoci⁹. Neqꝫ. n.
ita debem⁹ illi⁹ bona ſuſcipe: vt mala
qꝫ ſuſcipere videamur. At idē i mul
tis ſcripturiſ bñ intpretat⁹ ē ꝛ pphā
rū obſcura diſſeruit: ꝛ tā noui qꝫ ve
teris teſti reuelauit maxia ſacra. hec
ille. ¶ Secūdū dubiū erat vtrū mali
angeli ſint i inferno. Et ad hoc rñdet
dñs Boñ. di. 6. 2. li. d. cū Alexandro
de ales in. 2. volumie ſūme. ꝙ loc⁹ de
monū p⁹ lapſū vſqꝫ ad diē iudicii nō
ē loc⁹ ſbtrane⁹ quē vocam⁹ infernū: ſꝫ
aer caliginoſus in q̄ gñalit demonuꝫ
habitat multitudo. Utrū aūt aliqui
detruſi ſint i infernū: h ego neſcio nec
iuenio detmiatū a ſcis. h āt bñ credo
ꝙ aliq deſcēdēt ad torquēdas aīas
ſm ꝙ hñt inꝛ ſe deputata maledictio
nis officia. Si etiā i iſto aere puniāꝛ
pena igniſ diuerſi ſētiūt diuēſa. Qui
dā dicūt ꝙ ſic lꝫ min⁹ intēſe qꝫ p⁹ iudi
ciū. Alii aūt dicūt ꝙ talis pēa differꝛ
eis vſqꝫ ad iudiciū ꝛ iteri gūē penaꝫ
ſuſcipiūt: ex eo ꝙ ſūt i iſto aere caligi
noſo: qꝛ loc⁹ in q̄ ꝯditi ſūt: erat ad ce
lū empireū qd ē lumioſū ꝛ ē eis loc⁹
nālis ad quē nō pñt āpli⁹ reuerti.
¶ 3º. dubiū ppoſitū ē utꝝ ꝑ ſcripturaſ
pbari poſſit ꝙ nūqꝫ diaboli ſaluabū
tur. Et ad hoc Aug. 21. li. de ci. dei. c.
23. iducit duas auctoritateſ. Una eſt

Io. Apoc. zo. d. Diabolus q ſeduce-
bat eos: miſſus ē i ſtagnū ignis ⁊ ſul
phuris: vbi beſtia ⁊ pſeudo prophe
cruciabūt die ac nocte i ſcla ſeculoꝝ.
Alia ē auctōitas xpi q Math. z5. ait
Ite maledicti i ignē etnū: q patus eſt
diabolo ⁊ angel ei⁹. Ex qb⁹ ſic Augꝰ.
d. ꝙ hic dr̄ ineťnū: ibi dr̄ i ſcla ſcloꝝ.
Quib⁹ vbis ſcriptura dīna nihil aliō
ſignificare ꝯſueuit: niſi ꝙ finē tpis nū
ꝗꝫ hꝫ. Iō Aug⁹ audacter i li. de fide
ad Petꝝ ſic loquit. Firmiſſime crede
diabolū ⁊ āgelos ei⁹ i ignē eternū a
xpo. eē mittēdos vbi nūꝗꝫ carebunt
pēa quā eis ṗpauit dīna iuſticia. Si
igit de⁹ tā dure pūiuit āgelos: ꝙ pec
cauerūt ⁊ in malicia ſua obſtiati per
māſerūt quō ſecuri ſūt trāſgreſſores
hoīes dīnoꝝ ṗceptoꝝ. O reprobi of
fenſores maieſtatis dīne. o pſūptuoſi
⁊ temerarii executores oīuꝫ malaruꝫ
affectionū: cur nō timetis? cur nō pa-
ueſcitis? cur deniꝗꝫ non cōpūgimi ad
cōminātē vocē ſūmi dei? Ipſe qdē ut
in ſmōe ṗcedēti ptꝫ ad vos clamitat
Niſi cōuerſi fueritis ſic angel nō pe-
pci nec vobis parcā. ſicut āgelos a ſe
dib⁹ celi eieci: ita ⁊ vos eiiciam. ſicut
illos ppetuo cruciādos dānaui: ita ⁊
vos dānabo. O tremēda iuſticia dei
cui reſiſtē null⁹ pōt: nō hoīes nō an-
geli ſpiritus potentiſſimi.

¶ Qualit iuſticia dei dānabit oēs i
fideles: ⁊ qd ſentiēdū ē de puulis de
phis: ⁊ aliis infidelib⁹. ¶ Caplm: z:

Ecūdo ṗponim⁹ ꝯſiderādū
tribilē iuſticiā dei ex pte infi
deliū excecatoꝝ. q̄ oēs q̄tq̄t
fuerūt q̄t ſunt vel erūt cū infidelitate
moriētes dānatōi ppetue deputauit

Sciēdū tn̄ ꝙ triplex ē īfidelitas. p.ª
puuloꝝ. z.ª phoꝝ. 3.ª malicioſoꝝ.
¶ Prima ē īfidelitas puuloꝝ: ⁊ hec dr̄
ſm purā negationē: ex h ſolo ꝙ puu
li nō hn̄t fidē. ⁊ hec ſm Tho. z.ª. z. q.
io. Nō habet rōnē pc̄i: ſ magi pene
ꝙ talis ignorātia dīnoꝝ ex pc̄o pri-
moꝝ parētū ſecuta ē. Iō q cū tali īfi-
delitate moriūt dānāt qdē non ppt
infidelitatis pc̄m: ſ ppt originalem
culpā ab illis cōtracta: ita ꝙ oēs par
uuli ſine baptiſmo moriētes: ⁊ i lege
veťi ſine aliis remediis ꝯtra pc̄m ori
ginale adhibitis erāt de numero dā-
natoꝝ. Uerūtn̄ de illis dubitari ſolet
vtrū puniēdi ſūt pena māľ ignis: qm̄
Augꝰ. de fide ad Petrū ait: Firmiſſi-
me tene puulos q ſine ſacrō baptiſ-
matis de hoc ſeclo trāſeūt eťni ignis
ſupplicio ſempiťno puniēdos Et idē
in Encħ. Cōtrariū vr̄ dicē. Mitiſſia
inqt ſane eoꝝ erit pena q pret pc̄m
qō originalit cōtraxerūt nullū inſup
addiderūt: ſ ſi punirēt pena ignis: n̄
eēt mitiſſima. Iō dic. d. Bonū. z. di.
33. Q qdā attēdētes rigorē dīne iuſti
cie ac ſniam q̄ de⁹ hoīem p vno mo
dico mortali in q̄ momentanea: ⁊ q̄ſi
nulla fuit delectatō cruciat eťnaliter
dicūt ꝙ puuli cremabūtur igne māli
lōge tn̄ min⁹ ꝗꝫ illi q peccauerūt pc̄o
actuali. ⁊ h dicunt ſenſiſſe Augꝰ. cum
dixit i Encħ. penā puuloꝝ mitiſſimā
Et in li. ō fide ad Petrū ait. Paruuli
cruciabūt eťno ſupplicio. Mitiſſimā
eni illā vocat non abſolute: ſ reſpcū
alioꝝ. Sꝫ cū valde durū videatur ꝙ
de⁹ tā dure tā aſpe agat cuꝫ puul ſic
decedētib⁹. iō alia extat poſitio miti
or q̄ magis concordat pietati fidei ⁊

iudicio rōnis. Q ꝙ puuli decedentes
cū originali culpa carēt iuſticia ⁊ ſpūs
ſci grā que ē pignus hereditatis eťne
priuāt in eťnū viſiōe dei. Quia nō in
carne fuit feditas: iō ponēt i loco vi
li vtpote īfernali. Sꝫ ꝙ nō habuerūt
in ſe actualē delectationeꝫ pc̄i nec in
ſpū nec i carne: ideo nō ſentiūt pene
ignis acerbitatē. Et huic opiniōi in-
heret magiſter i lrā ⁊ i textu. Ad di
ctū vō Augꝰ pall. in li.º de fide ad Pe
trū dicē poſſum⁹ ꝙ ipſe ſic locut⁹ eſt
nō intēdēs dicē ꝙ puuli ſenſibilit cru
cient: ſ poti⁹ manifeſtāe voluit penaꝫ
eoꝝ q̄tū ad carētiā viſiōis dei ⁊ ꝗꝫ ad
etiā ad vilitatē loci. Et h valde abū
dant exṗmit pl⁹ dicēs ⁊ min⁹ volēs
intelligi. Nec ſine cā ſic loqt. Facit. n.
hōc ad extirpādā illā hereſim q̄ dice
bat puulos nulla pena puniri. Unde
ſicut i morib⁹ documentū ē: ꝙ q vult
ab vno extremoꝝ puenire ad mediuꝫ
debet declinare ad aliud extremū ſic
docet phus. z. ethi. c. 9. Nō punient
ḡ puuli pena ſenſus ⁊ mālis ignis: ſ
pena dāni ⁊ carētia viſionis diuine.
Utrū autē inſit eis aliqs dolor inte-
rior ſatis apud doctos dubium eſt.
Quidā. n. voluerūt dicē carebūt co-
gnitione ⁊ dolore. Cognitiōe qdem
exigente dei iuſticia: ⁊ dolore exigen
te miſericordia dīna. Iuſticia nanꝗꝫ
exigit vt n̄ det eis p⁹ hāc vitā donū
aliqō cognitiōis qō i hac vita nō ha
buerūt. Un̄ ſicut caruerūt cognitione
fidei ⁊ oī gn̄e cognitiōis intellectiue
illi q mortui ſunt ante vſuꝫ rōnis ſic
etiā carebūt p⁹ hāc vitā nec diutur-
nitate tpis addiſcēt. Mīa exigit vt
nō habeāt penā actualis doloris cuꝫ

n̄ habuerīt maculā actualis culpe. ⁊
iō iuſto ſuo iudicio priuat eos deus
oī eoꝝ cognitiōe q̄ pn̄t eis inferre do
lorē. Meli⁹ ē eni talia ignorare ꝗꝫ ſci
re: ſ ꝙ difficile ē intelligē ꝙ aīa ſepa
ta nō habeat vſū rōis: ⁊ nō cogſcat
ea ſaltē quoꝝ cognitio ē ei nālit īſer
ta cū ex pte corpis īpedimētū nō ha
beat. Iō alii alit opināt. ſ. ꝙ aīe puu
loꝝ: ⁊ habebūt cognitionem: ⁊ habe
būt dolorē. Scient eni ppt qd facte
ſūt: ⁊ ſciēt ſe ab illo bono merito ori
ginalis culpe eē priuatos: ⁊ tn̄ nō ha-
bebunt dolorē q mereat dici vermis
ꝙ nō habebūt remorſū ꝙ pdiderint
illud bonū ppt ṗpam negligētiam ⁊
cōtēptū. Et p tanto dolor eorū erit
multo mitior ꝗꝫ dolor adultorū. Sꝫ
opinio iſta bn̄ ſtare nō pōt tū ppter
h ꝙ dolor ille eſt abſꝗꝫ ſpe: ⁊ ita cuꝫ
murmure ⁊ deſpatiōe: tū etiā ꝙ do-
lor aīe redūdat in carnē. Et ſi tal do
lor ex deliberatiōe pcedit nō videt
eē abſꝗꝫ actuali obligatōe. Propťea
ē ťtius mod⁹ dicēdi pbabilior ⁊ cōi
or. Q aīe puuloꝝ carebūt actuali do
lore ⁊ afflictiōe nō tn̄ carebūt cogniti
tione. ⁊ hoc pōt ſatis rōnabilit intel
ligi p hūc modū. Decedētes eni i ſolo
originali mediū tenēt int hn̄tes grāꝫ
⁊ culpā actualē. Et qm̄ ſtat⁹ retribu
tionis dꝫ rn̄dē ſtatui vite pn̄tis i tali
ſtatu debēt aīe puuloꝝ pōi: vt q̄i me
diū teneāt int btōs ⁊ eťnis ignib⁹ cru
ciatos. Qm̄ ḡ bti carent malo pene
ſenſibilis: ⁊ cū hoc habēt dei viſionē
dānati ecōtrario ſunt i tenebris ⁊ pu
niunt pena ſenſibili. Paruuli ſm ordi
nē rectū dīne eqtatis debēt coicare i
vno cū dānatis ⁊ in alio cum beatis

Sed nõ pñt coĩcare cũ btĩs in habẽ-
do diuinã pñtiaȝ: qꝛ tũc ĩ nullo coĩca
rẽt cũ dãnatis. Pñtia eniȝ viſiõis dei
nõ ſtat cũ pena ſenſibili. Nõ cum btĩs
coĩcant in hoc ꝙ carẽt oĩ afflictione
exteriori ⁊ infiori. cũ dãnatis vͦo ĩ h̃
ꝙ puãt viſione dei ⁊ lucis corpalis.
Paruuli igit̃ ſic diuino iudicio int̃ bea
tos ⁊ ſimplr̃ miſos q̃ſi in medio con
ſtituti h̃ nouerũt. Et cum ex vna pte
conſideratio generet deſolationẽ ex
altera cõſolationẽ: ita equa lance di-
uino iudicio eorũ cognitio ⁊ affectio
librãt̃ ⁊ in tali ſtatu ppetuãt̃ vt nec
triſticia deiiciat nec leticia r̃ficiat. Et
in h̃ mirabilis oñdit̃ ordo diuĩe ſapie
q̃ cũcta nouit ſuis locis diſponẽ ⁊ ad
ſuã gloriã ordinare. Nã ſicut in btĩs
potiſſime manifeſtat̃ mĩa ⁊ ĩ dãnatis
iuſticia: ita ĩ iſtis mĩa ſimul ⁊ iuſticia
⁊ ex hoc ptȝ ꝙ nõ facit deꝰ aĩas fru-
ſtra quas nouit de corpe añ ſuſcepti
onẽ baptiſmatis egreſſuraſ. Mĩa eni
facit deꝰ ad ſuã gliam manifeſtandã
Uñ ſi tu q̃ras qd puuli faciũt vtꝝ ad
diſcãt vel cõferãt vel aliqđ opꝰ exer
ceant breuit̃ ego rñdeo. ꝙ diuĩe iuſti-
cie eq̃tas ⁊ ĩmutabilitas ĩ eodẽ ſtatu
q̃tũ ad corpa ⁊ q̃tũ ad aĩas ſiue ad
cognitiuã: ⁊ q̊ ad effectiuã ppetualit̃
eos cõſolidat: vt nec pficiãt: nec defi
ciant: nec letẽt̃: nec triſtẽt̃: ſ; ſemp ſic
vniformit̃ maneãt: vt ſint materia lau-
dãdi diuinũ iudiciũ qđ ſic equũ ⁊ iuſtũ
ẽ ut nullũ malũ relinq̃t ĩpunitũ ⁊ nul
lũ bonũ irremuneratum ⁊ pfectiſſime
teneat mediũ int̃ ſupfluũ ⁊ diminutũ
hec Boñ. Ego aũt dico ꝙ difficile ẽ
aſſiĝre puulorꝝ dãnatorꝝ q̃litatẽ ⁊ cõ
ditionẽ. Nobis tñ ſufficẽ debȝ ꝙ dei
iuſticia eos ppetuo cõdẽnabit. Et in
h̃ redarguẽde ſũt libidinoſe matres
fornicarie ⁊ adultere imo filicide q̃rũ
culpa fit ſepenumero vt uel in vtero
vel extra vterũ puuli int̃ficiãt. O ne
phandiſſimũ ſcelꝰ. O deteſtãđ malũ
q̊ fit vt aĩe ſil̃ ⁊ corpa pimãt. ¶ 2ͣ
ĩfidelitas ẽ moraliũ phorꝝ q ſm̃ rõis
regulã vixerũt extollẽtes v̊tutes: vi-
tia v̊o reprobãtes tñ fidẽ nõ habue-
rũt nec explicitã nec ĩplicitã: Qui p-
fecto oẽs ex diuina iuſticia cuȝ dãnatis
ſũt deputati. Nec durꝝ videri debet
iſta ſentire de ſapiẽtibꝰ huius ſeculi:
Qm̃ ut inq̃t. Paulꝰ ad Roꝰ. Inexcu
ſabiles ſũt qꝛ cũ deũ cog̊uiſſent nõ ſic̃
deũ glĩficarũt aut grãs egerũt: ſ; eua
nuerũt ĩ cogitatiõibꝰ ſuis ⁊ obſcura
tũ ẽ inſipiẽs cor eorꝝ ⁊ dicẽtes ſe eſſe
ſapiẽtes: ſtulti facti ſũt. ¶ 3ͣ ẽ ĩfideli
tas malicioſorꝝ: que ſm̃ Tho. 2ͣ. 2. q.
10. eſt p cõtrarietatem ad fidẽ: qñ. ſ.
aliq̃s repugnat auditui fidei vl̃ ipãȝ
ꝯtẽnit. ⁊ in h̃ ppe pficit̃ rõ infideli-
tatis q̃ pccm̃ ẽ mortale. Et ĩ hac im-
plicati ſũt iudei idolatre Machome
tani: ⁊ alij cõtradicẽtes xpiane fidei
quorꝝ prhdolor grãdis ẽ numerꝰ oẽſ
qꝫ dei iuſticia dãnabit ad ĩferos etiã
ſi alia pccã nõ haberent. Nec valet
opio illorꝝ q dicũt vnũquẽqꝫ ĩ ſua fi-
de vel lege ex q̊ credit eã bonã poſſe
ſaluari: qꝛ vt ſcribit̃ extra de ſumma
trini. ⁊ fi. ca. vna ẽ fideliũ vl̃is ecclĩa
extͣ quã nullꝰ oĩo ſaluat̃. Et đ hac. d
Cypꝰaꝰ. 24. q. i. c. logt̃. Hãc vnã ecclĩã
ĩ cãtico cãticorꝝ ſpũs ſcũs ex perſona
xpi dñi deſiĝt. d: Una ẽ colũba mea:
formoſa mea. Hãc ecclĩe vnitatem ⁊
btũs Paulus docet ⁊ ſacrm̃ vnitatis
oſtendit. d. Unus deꝰ vna fides. vnũ
baptiſmũ. vnũ corpꝰ. ⁊ vnꝰ ſpũſ. vna
ſpes vocationis nr̃e. Ad idẽ ẽ. c. qm̃
vetꝰ. 24. q. i. ⁊ c. aliud de cõſe. di. 4.
¶ Qualit̃ iuſticia dei damnabit oẽſ
malos xpianos. ſine penitẽtia moriẽ-
tes: ⁊ q̃re pena eorꝝ ḡuior erit aliorꝝ.

## ¶ Caplm̃. 3.

Tertio pponimꝰ cõſiderãdã
acerrimã iuſticiaȝ dei ex pte
xpianorꝝ falſorꝝ quos cũ dia
bolis ⁊ infidelibꝰ ſi in pcc̃o moriãtur
cõdẽnabit. Et ad hoc clariꝰ ĩtelligen
dũ de illorꝝ dãnatiõe nõbimꝰ tria ¶ p̊
verificationẽ ¶ 2ͦ rõnẽ ¶ 3ͦ ḡuationẽ
¶ P̊ notabimꝰ v̊ificationẽ. Uñ. ſ. veri
ficari põt ꝙ xpiani mali cũ ipnia mo
rientes ſaluari nõ poſſint. Ad h̃ ſuffi
ciat audire Aug. in li. de fide ad Pe
trũ. d. Firmiſſime tene ⁊ nullatenꝰ du
Sed poſtq̄ꝫ determinatū ē p eccliaꝫ ⁊
firmata altera earū hereticū eſſet cō
trariū ſentire: ſicut ē exemplū de pau
pertate xpi: de q̄ añ Joh. zz. Erant

varie ⁊ cōtrarie opiniones. Vtꝝ xp̄s
cum apl̄is habuit aliqd in cōi. Sꝫ de
terminatū fuit p ipſū Joh. zz. imo per
eccliam q̄ habuit ex eo q̄ Jo. 4. dr̄.
Diſcipuli eius abierunt in ciuitatē vt
cibos emerēt. Et Joh. 1z. ḋ Juda dr̄
fur erat ⁊ loculos habēs ea q̄ mitte
bant̄ portabat. Et h̄ ipſū dr̄. 1z. q. i.
ſe habebat. Qui q̄ cōtrariū aſſereret
ptinacit̄ heretic⁹ habet̄. Addit Ho.
q̄ qñ ſūt diuerſa iura ⁊ opiones. ſcilꝫ
nec cōtra deū nec bonos mores: hūa
nior ſuis eſt pferēda ceteris paribus
ext̄ de [illegible] c. ſi aliaſ. Stādū eſt ei
q̄ meliori innitit̄ rōi. di. zo. § i. Et ext̄
de ferijs. c. capellan⁹. Adde etiā q̄ in
his que cōcernūt forū cōſcīe i dubijs
tutior via eſt eligēda. ext̄ de ſponſali
bus. c. iuuenis. nec tñ de facili ꝯtraria
opio ē reprobāda. ¶ Secūda cā diſ
cordie dr̄ auaricia. Inqt Seneca i li.
de. 4. ꝟtutibus. Quietiſſime viuerēt
hoīes ſup t̄rā ſi h̄ duo pnoīa tollerēt
meū ⁊ tuū. Et Plato in Phedrone.
Propt̄ pecuniaꝝ poſſeſſionē vniuer
ſa bella nobis fiunt. ⁊ Saluſti⁹ in ca
telinario. Imgij ⁊ diuitiarū cā bella
atq̄ꝫ certamia oia int̄ mortales ſunt.
Et Luc. li. 3. Certamē moniſtis opes
Vidim⁹ h̄ p experiētiā oi die: qñ pp̄t
auariciā filius diſcordat a pr̄e. frater
a fratre: ⁊ amic⁹ ab amico. ¶ Tertia
cā diſcordie dr̄ ſtulticia. Sūt nanq̄ꝫ
multi ſtulti ⁊ leues q oia credūt que
a ſuſurronib⁹ eis dicūt̄. ſuſurratio ſi
qdē aptiſſimū ē iſtrumētū ad diſcor
dias ſeminādas. ppt̄ea dixit ſapiens
pv. 26. Cū defecerint ligna extiguet̄
ignis: ⁊ ſuſurrone ſubtracto iurgia cō
queſcūt. Et Eccleſiaſtici. 28. c. ſuſurro.

ſocius neſcit ſociū: frat̄ frēm: ꝓximus ꝓximū ſuū. Uix domꝰ reꝑit̄ in q̄ nō regnet dyabolꝰ diſcordie. vix etiā ut ſic dicā aliq̄ cōgregatio eoꝝ q vocāt̄ iuſti. Ubiq̄ ſecte vbiq̄ diſſenſiones: vbiq̄ voluntatū ꝛ aīoꝝ ↄtrarietates. O quātos decipit pſūptio ꝓpa ꝛ ſui ipſius elata opinio: q dū ſuas diſcoꝛdias imo ꝛ odia ignita ↄſiderāt foꝛmāt ſibi ↄſciaꝫ: dicūtq̄ ꝫelo ꝛ cāitate odire ac diſcoꝛdā e. Taceo quod ſcio ꝗ vidi quodue ꝗridie de multis q ſc̄i reputant̄ expꝛioꝛ. Unū dico ꝙ vbi cōcoꝛdia nō eſt nō habitat ipſe xp̄s. Dixit enī Math.18. Ubi fuerīt duo uel tres cōgregati in noīe meo: in medio eoꝝ ſū. Et Eccl.25. Sapiēs nōbiliter eſt locutꝰ. In tribꝰ inqt bñplacitū ē ſp̄ui meo q̄ ſūt grata corā deo ꝛ hoībꝰ. Amoꝛ fratrū: cōcoꝛdia ꝓximoꝝ. Uir ꝛ vxoꝛ bñ ſibi ↄſentientes.

Quē diſcoꝛdia offendit oē bonum hoīs: ſp̄uale. ſ. coꝛpale ꝛ tp̄ale. Capl̄m.3.

Tertiū myſteriū declaradum de diſcoꝛdia dr̄ offenſio. Offendit nāq̄ diſcoꝛdia tria ↄſiderata bona. Pꝰ. bonū ſp̄uale. 2ꝰ. bo.ꝰ cōpale. 3ꝰ. bonū tp̄ale. Primū bonū qđ offendit diſcoꝛdia dr̄ ſp̄uale bonū. ſ. aīe. Nā nullū ē pcc̄m adeo graue qđ diſcoꝛdātibꝰ nō fiat facile. Ex illa ſiqdē ꝓuenerūt ire. rixe. odia. ſimicitie ꝛ lites ↄtētiōes. mēdacia. ꝑiuria. blaſphemie. homicidia. obſtinatiōes: ꝛ cōtēptꝰ ſacramētoꝝ eccleſie. Propt̄ illā plerīq̄ ꝑ ānos ꝛ ānos nec ↄfitēri nec coīcari curāt. Propt̄ea figurata eſt diſcoꝛdia ꝑ beſtiā: đ qua Jo. Apc.13. ait. Uidi đ mari. i. đ amaro coꝛde diſcoꝛdātiū beſtiā aſcēdētē. i. diſcoꝛdiā: habētē capita ſeptē. i. ſeptē capitalia vitia: ꝛ coꝛnua decem. i. trāſgreſſiōeꝫ decē p̄ceptoꝝ: ꝛ ſuꝑ coꝛnua eius diademata decē. i. gloꝛiā đ malo: qm̄ diſcoꝛdātes ꝛ ꝑtiales letātur in malis ſuis. Secūdū bonum qđ offendit diſcoꝛdia dr̄ coꝛpale. Facit nāq̄ diſcoꝛdia [illegible] diſcoꝛdātiū triſte. Et vt dr̄ ꝓv. [illegible] Animꝰ gaudens etatē floꝛidā facit. [illegible] triſtis exiccat oſſa. Et Eccl.29. Jocunditas coꝛdis hec ē vita hoīs. ꝛ iterū ibīd. Ante tp̄a ſenectā adducit cogitatꝰ. [illegible] tiū bonū qđ offendit diſcoꝛdia dr̄ tēpoꝛale. Ut enī Saluſtiꝰ ait ī iugurtino. Cōcoꝛdia p̄ue res creſcūt: diſcoꝛdia maxie dilabūt̄. Et Tulliꝰ đ amī. Que domꝰ tā ſtabilis q̄ ciuitas tam firma ē q̄ nō odijs ꝛ diſſidijs fūditꝰ poſſit euerti? Pt̄ꝫ hō ꝑ exꝑientiā i romane reipublice deſolatiōe. Cur deſtructa! cur deſolata! cur ad nihilum deducta romanoꝝ gl̄ia atq̄ potētia. Fatua certe falſaq̄ fuit opio eoꝝ qui dixerūt romā defeciſſe eo ꝙ ibi acceptatꝰ ſit cultꝰ xp̄i: ob quod indignati ipſoꝝ dij ciuitatē ipſā odio ꝗui ſunt ꝓſecuti. Et licꝫ Aug. ſatis copioſe cōtra ſic dicētes diſputet in li. de ci. dei. Tñ nō deſūt poete ꝛ hiſtoꝛiographi q dicūt romanoꝝ regnū āpliſſimū foꝛe deꝑditū ꝓpt̄ ciuilia bella. Propt̄ea Lucanꝰ ī pꝛincipio ꝑmi ſui libꝛi ſic cantat. Bella ꝑ emathios pluſq̄ ciuilia cāpos. Juſq̄ datū ſceleri canimus populūq̄ potētē. In ſua victrici conuerſū viſcēa dextra. Cognataſq̄ acies ꝛ rupto fedē regni. Certatū totis cōcuſſi viribus oꝛbis. In cōe fas infeſtis obuia ſignis. Signa ꝑes aquilas ꝛ pila minātia pilis. Quis furoꝛ o ciues! q̄ tāta lnīa ferri! Gētibꝰ iuiſis latiū p̄bē cruoꝛē! Cūq̄ ſuꝑba foꝛet babylon ſpolianda tropheis Auſonijs. Umbraq̄ erraret craſſus inulta. Bella geri placuit nullos hitura triūphos. Heu quātū t̄re potuit pelagiq̄ pari. Hoc quē ciuiles hauſerūt ſāguie dextre. Unū venit titā ꝛ nox vbi ſydera fundit. Quaq̄ dies mediꝰ flagrātibꝰ eſtuat hoꝛis. Et q̄ bꝛuma rigēs ꝛ neſcia vē remitti. Aſtrīgit ſcythicū glaciali frigoꝛe pōtū. Sub iuga iā ſeres iā barbarꝰ iſſet araſſes. Et i. 2 li. iđ ait. Summū heute nephas ciuilia bella fatemur. Qui igit̄ cōſiderat romane vrbis initiū de q̄ dr̄. Roma q̄ta fuit ipſa ruina docet. Facile cognoſcē poterit q̄ta ſit diſcoꝛdie vis ad nocēdū ad ꝑdēdū ad deſtruēđ ad ānihilādū oē regnū. Sꝫ adhuc nobis ſe offerūt exēpla tot floꝛētiſſimaꝝ ciuitatū italie: in qbꝰ videt̄ palatioꝝ ruine deſolatiōes viaꝝ ꝛ plateaꝝ: paucitas populoꝝ ꝛ p̄ſtine dignitatiſ ac felicitatiſ antiq̄ oīmoda diminutio. O bonōia ſtudioꝛū mr̄. o ianua regina maris. o parma. o eſculū. o placētia. o aſſiſiuꝫ. o viterbiuꝫ. O alie ciuitates ꝛ t̄re q̄ diſcoꝛdijs ꝛ ꝑtialitatibꝰ locū dediſtiſ. Ubi eſt gl̄ia vr̄a. vbi ppl̄i multitudo vbi ātiq̄ diuitie? O diſcoꝛdia malig̃. o diſcoꝛdia deteſtāda: ꝓpt̄ illā nēpe ciuis inſurrexit in ciuē: frater ī frēm: amicꝰ in amicū: ꝛ platee ciuitatū hūano ſanguie ſūt madefacte: atq̄ ī dies ciuitatū ↄditiōes deterioꝛate: eo ꝙ oē regnū vt dictū ē ī p̄ncipio in ſeipſum diuiſū deſolabit̄ a q̄ deſolatiōe liberet nos xp̄s Jeſus deꝰ dei filiꝰ q cum p̄re ꝛ ſp̄ū ſcō viuit ꝛ regnat ꝑ infinita ſeculoꝛū ſecula. Amen.

Feria ſecūda tertie ebdomade ī q̄dꝛageſima de diuitijs a q̄ꝝ cupiditate amoꝛeq̄ ioꝛdinato retrahēdi ſunt penitētes qui cupiūt et̄nas ꝛ celeſtes diuitias poſſidē. Sermo.40.

Jecerunt illū extra ciuitatē. Scribūt̄ hec v̄ba oꝛiginalit̄ Luc.4.c. ꝛ ī euāgelio hodierno. Hoꝛribile ſatis ē audire ꝙ nazareni eiecerūt xp̄m foꝛas mānē ciuitateꝫ ſꝫ multo magis deteſtabile ē q̄ xp̄iani ipſū đ ſuo coꝛde repellāt. Et lꝫ m̄lta ſūt vitia atq̄ pcc̄a ꝓpt̄ q̄ xp̄s a m̄ltiſ ↄtēnit̄: verūtn̄ vnū ē ſatis gn̄ale auaricia. ſ. ꝓpt̄ quā pauci ſt̄ hodie q xp̄ꝫ velit hr̄e. vt enī dr̄ Hiere.2.c. A maioꝛe vſq̄ ad mioꝛē oēs ſtudēt auaricie: ꝛ a ꝓpha vſq̄ ad ſacerdotē cuncti faciūt doluꝫ. Eſt enī auaricia inoꝛdinatꝰ amoꝛ pecunie. vt dic̄ Aug. per pecuniā itelligēdo q̄cūq̄ tp̄alia bōa q̄ poſſideri poſſūt. Nā. 1. q. 3. c. totum dr̄. Totū quicqd hoīes hn̄t ī t̄ra oīa q̄rū dn̄i ſūt pecunia vocāt̄. ꝓpt̄ea ut hoīes ad verā pnīam ꝑ ditiarū cōtēptū ꝓueniāt ī p̄nti ſmoē de ditijs erimus locuti ī q̄ 3 myſtia erūt đclarāda.

Primū dr̄ dānatio.
Secūdū cōditio.
Tertiū malignatio.

Quē amoꝛ inoꝛdinatꝰ ditiaꝝ reꝑhēdit ꝛ dānat̄ v̄bo ꝛ exēplo: tam ī ſcis q̄ a p̄hīs moꝛalibꝰ. Capl̄m.1.

Primū myſteriū declarandū de ditijs dr̄ dānatio. Dānatur ſiqdē nō ſolū a ſcīs: verū etiā a gentibꝰ ꝛ moꝛalibꝰ phyloſophis

⁊ vt clarius habeatur querit̃.
Utrũ diuites diuitias habentes aut
hr̃e volẽtes poſſint etnã ſalutẽ acq
rere. Et ꝙ nõ arguit̃ ꝑ ꝑ teſtimõia
ſcãꝝ ſcripturaꝝ. Deinde ꝑ dicta ⁊ ex
empla pħoꝝ. Jngt ſapiẽs eccl.3.c. Si
diues fueris nõ eris immuñ a delicto
Et pṽ.28. Qui feſtinat ditari nõ erit
inocẽs. Et Dauid ps.33. Diuites egu
erũt ⁊ eſurierũt. Et .i. Thi.6. Qui vo
lunt diuites fieri icidũt i tẽptationẽ
⁊ laqueos dyaboli ⁊ deſideria multa
ſtulta ⁊ noxia q̃ demergunt hoĩes in
īteritũ ⁊ pditionẽ. Agite nũc diuites
plorate vlulãtes i miſerijs vr̃is q̃ ad
uenĩẽt vobis. Diuitie veſtre putrefa
cte ſũt: ⁊ veſtimẽta vr̃a tineis cõme
ſta ſũt. Aurũ ⁊ argẽtũ vr̃m eruginaue
rũt: ⁊ erugo eoꝝ i teſtimoniũ vob̃ erit
⁊ mãducabit carnes vr̃as ſicut ignis
Et Aug. in li.83.q. Cariatis venenũ
ẽ ſpes adipiſcẽdoꝝ. Et Hiero. ad Eu
ſtochiũ diuinis euãgeliũ vocib̃ ītonat
Nemo põt duob̃ dñis ſeruire. Et au
deat qſq̃ xp̃m mendacem facẽ: deo ⁊
mãmõe ſeruiẽdo. Uocifer at̃ ille ſepe
Qui vult venire p̃ me abneget ſeipſ
⁊ tollat crucẽ ſuam ⁊ ſequat̃ me. Et
ego onuſtus auro arbitror me xp̃m
ſeq̃. Et idẽ ad Julianũ ait. Diuitem
purpuratũ gehẽne ſuſcepit flamma.
Lazar' paup plen' vlcerib' c' carnes
putridas lãbebãt canes: ⁊ vix de mi
cis menſe diuitis miſeram ſuſtinebat
aĩam. in ſinu Abrahe recipit̃ ⁊ tanto
piiarcha parẽte letat̃. Difficile imo i
poſſibile eſt: ut p̃ſentib' gs ⁊ futuris
fruat̃ bonis: ⁊ hic ventrẽ ⁊ illic men
tẽ ipleat vt de diuitijs trãſeat ad di
uitias ut i vtroq; ſeculo pri' ſit ut ⁊
in celo ⁊ in t̃ra appareat glioſus. H
ille. At ſcũs ſcõꝝ xp̃s Luc.6.c. ait. Ue
vobis diuitib' q habetis cõſolatiõe
veſtrã. Et idẽ Mat.5. Beati inquit
paupes ſpũ: qm̃ ipſoꝝ ẽ regnũ celoꝝ
⁊ Mat.16. Facili' ẽ camelũ itr̃e per
foramẽ ac': q̃ diuitẽ intrare i regnũ
celoꝝ. Genitrix vo eius ego ſciſſima
Luc.2.c. ſic cecinit. Eſurientes ipleuit
bonis ⁊ diuites dimiſit inanes. Quod
etiã dãnabiles fore diuitias: xp̃s ⁊ ſci
exẽplo parit̃ ⁊ ope dmõſtrarũt. Nas
ꝑ ſigdẽ xp̃s ex paupe mr̃e natus: uſq;
ad patibulũ crucis paupem vitã du
xit. Unde Ber. in ſermõe q̃dã ait. Om̃
bonoꝝ etnã in celis affluẽtia ſuppete
bat: ſ pauptas nõ inueniebatur i eis.
Hãc itaq; dei fili' ꝯcupiſcẽs deſcen
dit vt eã ſibi aſſumeret ⁊ ſua eſtima
tione illã facet̃ p̃cioſã: de pauptate
aũt xp̃i dixi in ſermõe de natiuitate.
Paupes adhuc ipſe voluit eẽ aplos
ſuos: ꝑ quib' dicit Criſo' ſup Mat
Si bonũ eẽt aurũ hoc vtiq; dediſſet
aplis xp̃s: q eis ineffabilia ꝯtulit bõa
Nũc aũt nõ ſolũ nõ dedit: ſ etiã ha
bere ꝓhibuit. Unde ⁊ Petr' in paupta
te gloriat̃ dicẽs. Aurũ ⁊ argẽtũ nõ ẽ
mihi. Pħi inſup atq; gentiles ſuo mõ
dãnabiles ⁊ piculoſas eẽ p̃dicãt di
uitias tpales ⁊ illas fatentur noxias
Unde Tulli' in p̃ de officijs ait. Pecu
nie fugienda cupiditas ẽ. Nihil ẽ eni
tã anguſti aĩ tãq; pui q̃ amare diui
tias nihil honeſti' mangnificentiuſq;
q̃ pecuniã cõtẽnẽ Et Seneca ad Lu
ciliũ. Aude hoſpes cõtẽnẽ opes: ⁊ te
quoq; dignũ finge deo. Nemo alius
eſt deo dignior q̃ qui opes ꝯtempſit
Et idem in li. de tranquillitate animi
inducit exẽplũ ⁊ v̊ba Zenonis. Zenõ
ingt nr̃ cũ oĩa ſua audiſſet ſubmerſa.
Jubet me dixit fortuna expediti' pħi
loſophari. Et Valeri' maxi' de ana
xagora dicit. Qui cũ p' lõgã pegrina
tionẽ rediſſet i patriã oĩaq; ſua diſ
ſipata vidiſſet retulit. Nõ eſſem ego
ſaluꝰ niſi iſta periſſent. Et de Crate
thebano dicit Hiero. ad Paulinum
⁊ ponit̃ .12.q.2.c. glia epi. Socratos
ille theban' hõ quõdã ditiſſim' cum
ad pħandũ athenas pgeret magnũ
auri pond' abiecit: nec putauit ſe poſ
ſe ⁊ v̊tutes ſimul ⁊ diuitias poſſidẽ:
⁊ cõtra Jouinianũ idẽ ſic loq̃t̃. Legũt̃
plurimi pħoꝝ diuitias nõ tãtũ cõtẽ
pſiſſe: ſ etiã abieciſſe q̃ſi impedimẽtũ
ſapiẽtie ⁊ v̊tutis: fecit hoc Socrateſ
quẽ oĩũ pħoꝝ ſecte tãq̃ ſapie ⁊ v̊tu
tis vnicũ fontẽ venerat̃. Et Lact. li.i
di. inſti. ait. Nã ⁊ abieciſſe quoſdam
res familiares ſuas ⁊ renũciaſſe vni
uerſis voluptatib' cõſtat vt ſolã nu
dãq; v̊tutẽ: nudi expeditiq; ſequerẽt̃
Cõcludim' g̃ ꝑ oĩa dicta. Qꝛ diuites
cũ qb' v̊tutes ſtare nõ poſſũt etnam
ſalutẽ non habebunt. Sꝫ ꝯtra obijci
põt. Dr̃ eni pṽ.13. Redẽptio aĩe viri
diuitie ppe. Et pṽ.27. Propt̃ inopiã
multi deliquerũt. Et Saluſti' in cate
linario. Semp in ciuitate qbus opes
nulle ſũt bonis inuidẽt malos extol
lunt vet̃a odere noua exoptãt odio
ſuaꝝ reꝝ mutari oĩa ſtudẽt. Et Ari.
4. ethicoꝝ. Diuitie ſt̃ vtiliũ. ⁊ 2. rhe.
Unũ aliqd neceſſarioꝝ ẽ ſba. ⁊ ibidẽ
Oĩs indigẽtia mala eſt. ⁊ i. politice.
Res poſſeſſa organũ ẽ ad vitam. ⁊ 2
politice. Cõfert multitudo ſbe. Et in
euãgelio Luc.19. de Zacheo diuite ⁊
principe publicano: ſ xp̃s dixit. Ho
die huic domui ſal'a deo facta ẽ. Et
Math.8.c. Cẽturionẽ ſub ſe milites
habẽtẽ nõ dãnauit: ſ poti' approba
uit fidẽ ei'. d. Nõ inueni tãtã fidẽ in
iſrl̃. Rũdeo ad hãc qõẽ. Qꝛ diuitie pñt
hr̃i cũ pcõ ⁊ abſq; pcõ: cũ pcõ hñt̃
triplici rõne. p̃. dr̃ iordinate affecti
onis. 2. impie iuſtificatiõis. 3. inde
bite diſpẽſatiõis Prima rõ q̃re dã
nabiles ſũt diuitie dr̃ inordinate affe
ctionis: cũ qs ad illas iordiate afficit̃
ꝯſtituẽs i eis btitudinis finẽ. Et ſic i
telligũt̃ oẽs auctoritates q̃ videt̃ cõ
cludẽ ꝙ diuites ſaluari nõ poſſũt. ſcꝫ
qñ diuitias diligũt tanq̃ ſũmũ bonũ
ꝑuipẽdentes deũ. Unde in ps. Diuitie ſi
affluãt nolite cor appone. Et Sene.
ad Lucilũ. Diuitiaꝝ tibi poſſeſſionẽ
nõ interdico: ſ efficẽ volo ut illas intre
pide poſſideas. Qđ õ vno cõſequeris
mõ ſi te etiã ſine illis btẽ victuꝝ pſua
ſeris tibi. ꝓptea Aug'. li.i. de ci. dei.
.c.10. ait. cũ aplus dicit. Qui volunt
diuites fieri incidunt i tẽptationẽ ⁊c.
pfecto in diuitijs cupiditatẽ rephen
dit: nõ facultatẽ quã p̃cipit alibi di
cens. Precipe diuitib' hui' mũdi non
ſupbe ſapeneq; ſperare in icerto diui
tiarũ: ſ in deo viuo q p̃ſtat nobis oĩa
abundãt̃ ad fruẽdum. Et Hiero. ad
Saluinã de Nebridio ⁊ viduitate.
Nec diuiti obſũt opes ſi eis bñ vtat̃
nec paupẽ egeſtas cõmẽdabiliorem
facit: ſi int̃ ſordes ⁊ inopiam peccata
nõ caueat. Utrũq; nobis teſtimoniũ
⁊ Abraam patriarcha ⁊ quotidiana
exempla ſuppeditant quorum alter i
ſummis diuitijs amicus dei fuit.
Alij quotidie in ſcelerib' deprehendũt̃

penas legib⁹ ſoluūt. De Abraā inſup idē ad Pamachiuz ita ſcribit. Diues erat Abraā auro argēto pecore poſ ſeſſione: multaq; familiā habebat: ita ut ad ſubitū nūciū amare poſſet exer citū iuuenib⁹ electis. Et q̈tuor reges q fugerāt in Dan ſecut⁹: occiderat tñ p⁹ crebrū hoſpitalitatis officiū dū hoies nō recuſat ſuſcipe meruit deuz hec ille. Dānat ḡ nō diciaꝝ poſſeſſio ſ illaꝝ nimi⁹ ſupfluuſq; amor. Sūt āt hec amoris vicioſi tria principalia ſi gna. ¶ Primū cū qs ſine rerū idigen tia pl⁹ debito i diuitijs acqrēdis ſe occupat ⁊ affligit: de q̄ dr̄ Eccliaſtes 4. c. Un⁹ eſt ⁊ ſecūdū nō hȝ non frēm nō filiū: ⁊ tñ laborare non ceſſat nec ſatiaƭ ocli ei⁹ diuitijs: nec recogitat d. Cui laboro ⁊ fraudo aīam meā bo nis. In q̈cūq; vanitas ē ⁊ afflictio peſ ſima. ¶ Secūdū ſignū ꝙ qs inordina te diligit diuitias: eſt cū illas qb⁹ ipſe nō eget ꝑpt̄ deū paupib⁹ diſpenſare recuſat. Et de h̄ diffuſi⁹ loquemur in ſermōe de elemoſyna. ¶ Tertiū ſignū ē cū qs ſe diuitiaꝝ ſeruū facit. Nā ſt̄ nōnulli q diuitias etiā ad ꝓpriū com modū neccitate vrgēte expenē nolūt Noui ⁊ ego Joānez fuſco venerabil eccl̄ie ſcē marie maioris ī vrbe cano nicum ditiſſimū q̄pplura bñficia hñtē eratq; ei ſb̄a multa: abundabat vino frumēto armētis ⁊ pecunijs. Reman ſerāt etiā ei argētea vaſcula indumē ta pāni: libri: ⁊ alia pluria bona quō dā fris ei⁹ cardinalis ſci Marci. Ipſe tñ miſer ⁊ miſerior cetis: auaricia vi ctus: panē ⁊ aquā ſepius comedebat Mulā cui inſedebat ne famuluz ꝑcio detineret ipſē ſolus gubernabat. Ad

dormiendū ſine lumie accedebat: cal ciatus icultū lectū intrbat. Dū iſirma baƭ vix p⁹ multos dies cū mori iā ti mere inciperet medicū aduocabat. Ue ſtes antiq̄s ⁊ laceratas īferebat nec calorib⁹ aut frigore a labore poterat detineri ꝑ vno denario paupes ſuffo cabat. Sēp diſcurrebat ſemꝑ circuie bat anxius ⁊ ſitibūd⁹ ad theſaurizan dū. Crudelis alijs crudelior ſibi iimi ciſſimus deo. O reprobāda cōditio. o feralis natura. o denicq; reprehēſibi le malū: amare pl⁹ diuitias q̄ deuz q̄ ꝓximū q̄ ꝓpriā aīaꝫ q̄ etiā ⁊ corpa lē vitā. Propt̄ea Seneca in li. de btā vita ait. Diuitie apud ſapiētē virum in ſeruitute ſunt: apud ſtultū i ipio. Secūda rō q̈re dānabiles ſūt diuitie dr̄ ipie iuſtificatiōis qñ aut iniuſte ac quiſ aut iniuſte poſſidenƭ. ¶ Tertia rō dr̄ indebite diſpēſatiōis qñ diſpēſaƭ aut hīs quib⁹ diſpēſari nō debent: ⁊ de hoc dicem⁹ i ſmōe de elemoſyna aut qñ expēdūƭ ꝓdigaliƭ in hīs i qb⁹ expendi nō debēt: vt in ſupfluis edi ficijs cōuiuijs ⁊ indumētis: ⁊ ſi libere abſq; pcco habeƭ diuitie cū retinent in vſū: nec ꝑpt̄ alias offendiƭ de⁹ aut ꝓxim⁹: ſ habēƭ aut ꝑ iuſta lucra acq ſite: aut ꝑ hēditariā ſucceſſionē: illiſq; bō vtiƭ moderate nō ꝯſtituēdo i eis finem vltimum.

¶ Q diuitie affligūt eos q illas imo derate amāt labore tiore atq; dolōe q̈re poti⁹ ſūt cōtēnēde q̄ diligende.

Secūdū myſteriū ¶ Cap. 2. de diuitijs declaradū dr̄ cō ditio. Reqruntur ſiquidem in diuitijs cum plus debito di liguntur tres peſſime conditiones.

p̄. dr̄ laboris. 2ᵃ. dr̄ timoris. 3ᵃ. dr̄ doloris. ¶ Prima ꝯditio dr̄ labori. Affligunt enī diuitie ſe diligētes tri plici labore. p̄. dr̄ mētalis. 2ᵃ. cor poralis. 3ᵃ. cōſcialis. ¶ Prim⁹ dr̄ la bor mētalis: ꝗ mēs eoruz q diuitias amāt: nūq̄ pōt eē quieta eo ꝙ cū i di uitijs ſocietatē querāt illā i eis nūq̄ inueniūt. Propt̄ea dicit ſapiēs Eccl. 5. Auar⁹ nō iplebiƭ pecūia. Et Hiero ad Demetriadē v̄ginē. Diuitiaꝝ amō inſatiabilis eſt. Et Amb⁹. 47. di. c. Sic hi. Nec ſacietas vnq̄ nec finiſ adhēt cupiditati. Et Boeti⁹ in. 2. Si quan tas rapidis flatib⁹ incit⁹ pōt⁹ verſat arenas. Aut quot ſtelliferis edita no ctib⁹ celo ſydera fulgēt Tātas fūdat opeſ nec retrahat manū plēo copia cor nu. Humanū miſeras haud iō genus ceſſat flere querelas. Et Seneca ad Lucillū. Uidiſti aliqñ canē miſſa a do mino fruſtra panis aut carnis apto ore captātē. Quicqd excipit ꝓtinus integrū deuorat ⁊ ad ſpē vēturi hy at. Idē euenit nobis qcqd expectan tibus fortuna proijcit id ſine vlla vo luptate demittimus ſtatim ad rapi nā alterius attoniti ⁊ erecti. Et idez ad eundē. Cōgeraƭ in te qcqd multi locupletes poſſidēt: ⁊ vltra ꝑuatū pe cunie modū fortuna te ꝓuehat: auro tegat: purpura veſtiat. Et ad h̄ mo dus deliciaꝝ ⁊ opuꝫ te ꝑducat: ut ter rā mārmorib⁹ abſcōdas: nō tñ trahē ſ calcare diuitias liceat. Accedāt ſta tue ⁊ picture: ⁊ qcqd ars vlla luxurie elaborauerit maiora cupere ab hiſ di ſces. Nā lia enī deſideria infinita ſūt ⁊ falſa opione naſcētia: vbi deſinant non hñt. Et Juuenalis. Creſcit amor

nūmi q̄tū ipſa pecunia creſcit. Quid igiƭ ꝓdeſt ei q multas hȝ diuitias ſi ſ quieſcit ul̄ cōtētaƭ! Inqt enī Cicero in paradoxis. Cōtentū eē ſuis rebus maxie ſūt certiſſimeq; diuitie. Propt̄ eā magis diues ē q ſcit ꝯtētari i pau cis q̄ q in multis ſemꝑ aīo anguſtiaƭ ⁊ eget. vñ Seneca ad Lucillū. Breuiſ ſima ad diuitias ꝑ ꝯtēptū diuitiaruꝫ via eſt. Et iterū ad eūd. Qui cū pau ꝑtate bñ cōuenit diues eſt. Et iteruz ibi de ꝯtēptu pecunie. Multa dicūƭ ⁊ longiſſimis orōnib⁹ h̄ ꝑcipiƭ ut ho mines in aīo nō i pr̄imōio putēt eſſe diuitiaſ: eūq; locupletē eē q paupꝫtati ſue coaptat⁹ eſt. ⁊ iterū ibi. Quid mi raris! qd ſtupes! pōpa eſt. Oñdūtur iſte res nō poſſideƭ. Ad veras poti⁹ te cōuerte diuitias. Diſce paruo eſſe cōtentus ⁊ illā vocē magn⁹ atq; aīo ſus exclama. Habeam⁹ aquā: habea mus polētā. ¶ Secūd⁹ labor quo di uitie ſe diligētes affligūt eſt corꝑalis ꝓpterea ait Orati⁹. Impiger extre mos mercator currit ad indos. Per mare pauperiē fugiēs ꝑ ſaxa ꝑ ignes Et ſapiēs Eccliaſtes. 2. c. Cūcti dies ei⁹ pleni ſūt laborib⁹ ⁊ erūnis. ¶ Ter tius labor dr̄ cōſciētialis: de q̄ Augl. in ſermōe de innocētib⁹. Lucruꝫ ingꝫ in archa dānū in cōſcia. Quiſnā ex plicet quot pcc̄is oneraƭ. auaroꝝ cō ſcia miſera! Ob cupiditatē nāq; fiūt rapine furta ſymonie violētie depre dationes vſure fraudes ꝓditiōes in iuſticie: ⁊ vt ſic dicā oīa mala atq; fa cinora. Uñ Uirgili⁹ in. i. eneidos ait. Quid nō mortalia pectora cogis au ri ſacra fames! q̄ſi dicat ad oīa mala. O vorator aīarū auaricia. o ardens

ignis cupiditatis. O peſtiferū venenū
ſalutis. Magna ſiqdem icredibiliſq;
multitudo gētiū ppt̃ auariciā demer
gitur in īfernū. Secunda conditio
peſſima diuitiarū dicit̃ timoris. Cruci
ant nēpe ſe diligētes timore ↄtinuo.
Nā q nimis ad diuitias afficit̃ ſemp
eſt pauid⁹ timet inimicoſ nō min⁹ for
midat amicos nō cōfidit i vxore nō
in filijs nec i fortiſſimis ſeris. Abſcon
dit ſepe aut in terrā: aut intra muroſ
p̄ timore pecunias. Terret̃ ad ſonitū
vēti ad motū feneſtre ad ſaltū muris
ſuſpicādo ſemp oīa latrones eē. In
itinerib⁹ ei arbor umbre terrorē in
cutiūt: ⁊ vbiq; ſemp viuit ſuſpectus.
Propt̃ea exclamat Boeti⁹ li. 2. de cō/
ſolatione: dicēs. O p̄clara opū mor/
taliū btitudo quā cū adept⁹ fueris ſe
curus eſſe deſiſtis. Et Iuuenalis dice
bat. Cātabit vacu⁹ corā latrone via
tor. ppt̃ea btūs Fran. paup̃tatē com
plex⁹ latrones nō timuit dū irruerūt
in eū qn̄ ibat in principio cōuerſionis
ſue. de Aſſiſio v̄ſus Eugubiū. ppt̃ea
de illo. d. Bon. ſic dicit in riſorio. Dū
ſeminudo corpe laudeſ decātat galli
ce zelator noue legis latronib⁹ in ne
more rūdet ſic ppħice. Preco ſū ma/
gni regis. Audit in niuis frigore pie
dus iace ruſtice futur⁹ paſtor gregis
Tertia cōditio diuitiarū dr̃ dolor
Afficiūt nēpe dolore incredibili ſe di
ligentes cū dimittūt̃ aut relinquunt̃
in morte. Nā morientes nihil de illis
ſecū ferre pñt. Un̄ Dauid in p̄s. Dor/
mierūt ſōnū ſuū ⁊ nihil iuenerūt. oēs
viri diuitiarū in manib⁹ ſuis. Et Iob
27. c. Diues cū dormierit nihil ſecum
affert: apiet oculos ſuos ⁊ nihil inſpe
niet. Apprehēdet eū q̄ſi aqua iopia.
⁊ vt Greg. li. gt. 3. mor. Nūq̄ ſine do/
lore p̄dit̃: qđ cū amore poſſidet̃. ppt̃
ea qui diuitias eſtimāt ſicut debet ſi
illas aut viuētes p̄dāt; aut mouiētes
deſerāt nō cōtriſtat̃: ppt̃ea Tulli⁹ in
paradoxis ait de Biante p̄eneo nec
nō illū laudo ſepe ſapiētē q noiat̃ ut
opinor inter ſeptē cui⁹ cū patriā pri
enē cepiſſet hoſtis ceteriq; ita fuge/
rent: vt multa de ſuis rebus ſecum aſ
portarēt cū eēt admonit⁹ a quodam
vt idē ipſe faceret. Ego inquit facio.
Nā oīa mea mecū porto. Ille hec lu
dibria fortune nec ſua putauit q̄ nos
etiā bona appellam⁹
Tam maligni ſūt diuitiarū amatores
eo q ſubijciūt ſe tre vilīſſime ⁊ deui
ant a regl̃a oīs creature: efficiūtur q;
ſimiles idolatris. Capitulum. 3.
Tertiū myſteriū declarandū
de diuitijs dr̃ maligtio. Eſt
qdē pccm̄ malignū diuitias
inordinate diligē: q̄ auaricia ab auri
cupiditate nūcupat̃. Grauitas āt ei⁹
appet ex triplici rōne. p̄ rōne ſbiecti
onis. 2ᵒ rōne deordinatiōis. 3ᵒ. rōe
idolatratiōis. Pᵒ appet ḡuitas aua
ricie rōe ſubiectiōis. Un̄ eni inqt Tho
2. 2. q. 118. Oē pccm̄ ex hᵒ ipo q ē ma
lū in aliq̄ corruptiōe ſeu p̄uatiōe alic⁹
boni ↄſiſtit. Iniqtū autē eſt volunta
rium cōſiſtit in appetitu alicui⁹ boni
duplicit̃. g̃ ordo pccōrū pōt attendi.
Unoᵒ. ex pte boni: qđ p pccm̄ cōtem
nit̃ uel corrūpit̃: qđ q̄to mai⁹ ē tāto
pccm̄ ḡui⁹ ē: ⁊ ſm̄ hᵒ pccm̄ qđ ē ↄtra
deū ē ḡuiſſimū. Alioᵒ pōt attendi ḡ/
uitas peccatorū ex parte boni cui in/
ordinate ſubdit̃ hūan⁹ appetit⁹: qđ
q̄to min⁹ ē ac vili⁹ tāto pccā̄ dfōrmi⁹
Inter oīa aūt bona exteriora minimū
eſt ⁊ infimū: qđ ſpectat ad tp̄ales di
uitias. Nā ſi recte ↄſiderem⁹ quid ſit
argētū. qd aurū. qd gēme. qd iocalia
quelibet precioſa. qd domuſ qd alta
palatia. qd famlorū turba. qd greges
qd armēta. qd deniq; oīa que diuitie
vocari ſolēt. pfecto iueniem⁹ nō aliđ
eſſe preter trā. Terra āt i ordine cre
aturarū infimū habet locū atq; viliſſi
mū eāq; calcādā deus pedib⁹ hoīuz
dedit. Un̄ Hiero. ad Demetriadem
v̄ginē. ait. In actib⁹ aplorū qn̄ dn̄i no
ſtri Ieſu xp̄i feruebat cruor: ⁊ recens
erat in credētib⁹ fides: vendebāt oēſ
poſſeſſiones ſuas ⁊ ponebāt p̄cia ad
pedes aplorū: vt docerēt pecuniaſ eē
calcādas ppt̃ hoc inſup Seneca ad
Lucillū ait. Nihil nat̃a quo auariciā
noſtrā irritāet poſuit: i apto pedib⁹
aurū calcādū ac premēdū dedit: ⁊ qc
quid ē ppt̃ qđ calcamur ac p̄mimur.
Illa vlteri⁹ noſtros erexit ad ſupos
⁊ qcqd magnificū mirūq; fecerat vi/
deri a ſuſpicientib⁹ voluit ortus oc/
caſuſq; ⁊ pperātis mundi volubilem
curſū tardos ſyderū inceſſus ſi cōpa
res toti citatiſſimos ſi cogiteſ quāta
ſpacia nūq̄ itmiſſa velocitate circū/
eant. Alia deiceps digna miratu ſiue
p ordinē ſbeūt: ſiue ſbditis cauſis mo
ta pſiliūt: ut nocturni igniū tract⁹ celi
pateſcētes colūnas ac trabes defect⁹
ſolis ac lune iuicē obſtātiū: hec ſupra
nos itura diſpoſuit. Aurū qdē ⁊ ar/
gentū quaſi male nobis cōmitterent
abſcondit. Nos fortune mala nr̃a t̃/
didimus nos in lucē p que pugnare/
mus extulim⁹ nec erubeſcim⁹ ſumma
apud nos haberi: que fuerūt ima ter
rarū. hec ille. 2ᵒ. apparet ḡuitas aua
ricie rōne deordinatiōis. Deordinat
ſiqdē auaritia hoīeſ ut p̄ores fiant q̄
libet alia creatura. Nam ut. d. Augl.
Iudiciū maximū dīne bonitatis ē q
quelibet creatura cogit̃ dare ſeipſaz.
Auari v̄o oīa vellēt appropare ſibi:
cōtra quorū p̄citatē ⁊ crudelitatē ad
primos dicem⁹ i ſermōe de elemoſy
na. 3ᵒ. apparet ḡuitas auaritie rōne
idolatrationis. Un̄ Paul⁹ Eph. 5. d.
Q auaritia ē idolorū ſeruit⁹. Qđ ſḣ
Nicolaū de lira intelligēdū ē p quā
dā cōformitatē: q ita ſe habet auar⁹
ad nūmū: ſicut ad idola idolatra: p/
pterea: q auari oēm ſpē ſuā ⁊ cōfi
dētiā ponūt i diuitijs: hec ē itaq; illa
auaricia neq̄ſſima perditionis mater
pietatis inimica: corruptrix aiarū eſca
dyaboli: ⁊ mā oīs pcc̃i quā q ſeqtur
eijcit a ſe xp̄m qui nobis ſit ppici⁹ vt
valeam⁹ ſua grā trena oīa cōculcare
atq; ad regna pparē celeſtia vbi ſcis
aſſociati bn̄dicem⁹ xp̄m glioſū ⁊ lau/
dabilē p infinita ſecula ſeculorū. Am̄.
Feria tertia tertie ebdomade i q̄
dragesima de execrando ⁊ p̄iculoſiſſi
mo pccō ſymonie: ppt̃ qđ nō parum
dānificat̃ atq; cōfūdit̃ ordo eccl̃iaſti
ce hierarchie. Sermo. 41.
q Ueciūq; ſolueritis ſup terrā
erūt ſoluta ⁊ in celo. Uerba
ſūt redēptoriſ nr̄i originalit̃
Math. 18. c. ⁊ in euāgelio hodierno.
Cōtulit ſaluator noſter miſtri ecclie
⁊ ſacerdotib⁹ ſuis ieſtimabilē digni/
tatem cum fecit eos ſpiritualium diſ
penſatores. Ideo tanto grauius eſti
matur ſi qn̄ peccāt eorū delictū quāto

UNIVERSIDAD Y PROV.
BIBLIOTECA.
DE ZARAGOZA.

plura donoꝝ dei incremēta ſūpſerūt
Maxime aūt dānaẜ in illis vitijs ſy-
monie: qđ ex auaricia ꝓcedē noſcit.
Illud ſiqdē ē cā multoꝝ maloꝝ ⁊ cō
fuſiōis dānoſiſſime in eccliaſtica hie-
rarchia ob eā cāз i pñti ſermōe ꝯtra
vitiū ſymonie nōnllis crim⁹ diſcepta-
turi de quo cōtēplabimur tria miſte-
ria principalia.

Primū dr̄ diffinitio.

Secūdū inductio.

Tertium punitio.

Quid ſit ſymōia ⁊ vn̄ denoīatur
⁊ quare ē peccatū gue: ⁊ qd ītelligiẜ
ꝑ ſpūale aut ſpūalib⁹ ānexū. Cap. i.

Rimū myſteriū cōtēplandū
de ſymonia dr̄ diffinitio. Et
Ric. in. 4. di. 25. Et Tho. 2
2 diffiniūt illā ſic. Symonia ē ſtudio
ſa volūtas emēdi vl̄ vēdēdi aliquid
ſpūale vl̄ ſpūali ānexū. Que diffinitō
ꝯtineẜ īplicite i. q. i. c. g ſtudēt. Pro
clariore aūt declaratiōe nōbim⁹ tria
p. denoīatiōeз 2. rōnē 3. defīnia
tionē. p cōſiderem⁹ denoīationem
Nā ſymonia denoīaẜ a Symōe: de
quo habeẜ Act. 8. c. Nā cū vidiſſet q
ꝑ īpoſitionē man⁹ aploꝝ dareẜ ſpūs
ſcūs obtulit eis pecuniā. d. Date mi-
hi hāc ptātē vt cuicūqꝫ īpoſuero ma
nus: accipiat ſpm̄ ſcm̄. Petr⁹ aūt di-
xit ad eū. Pecunia tua tecū ſit i ꝑditi
one ꝛc. Sed nō videẜ q ſit cōueniēs
iſta denoiatio: eo q Symon noluit
vendere ſpūalia: ſ emere. Et vt hr̄. 4
Regū. 5. Gyezi ſpūalia vendidit. Na
ma Syro. g nō magis debet dici ſy
monia q̄ Gyezia. Rn̄dit. Ric. vbi. ſ.
q cōuenienti⁹ noīaẜ ſymōia q̄ gyezia
q vitiūтā emptōis q̄ vēditiōis q̄

ad volūtatē fuit in Symone mago.
Ad hoc eni voluit emere pecunia do
nū ſpūs ſci vt p⁹ ea alijs vēderet. Si
tñ diſtincte loq volum⁹: poſſum⁹ ven
dentes ſpūalia appellare gyezitas ⁊
emētes ſymoniacos. 2. cōſiderē⁹
rōneз quare ſpūaliuз emptio ſiue ven
ditio ſit illicita. p. eſt ex ꝑte vēden
tis. 2. ex ꝑte emētis. 3. ex ꝑte vē
ditionis. Prima rō ex ꝑte vēden-
tis: q ille q vēdit ſpūalia nō ē illoꝝ
dn̄s: ſ diſpēſatō. Vn̄ 1. Cor. 3. capl̄o
dixit. Sic nos exiſtimet hō vt mini-
ſtros xp̄i ⁊ diſpēſatores miniſterio-
rū dei. 2. rō ē ex ꝑte ementis. Ille q
emit re multo minore p̄cio q̄ valeat
iniuſte emit. Sз ſpūalia ſūt tante no
bilitatis ⁊ ꝑfectiōis. ⁊ ꝑ ꝯſequēs va
loris q nulli p̄cio tpali rerū poſſent
adequari. Vn̄ ⁊ de ſapīa q̄ ē res ſpūa
lis. dr̄ Sap. 8. c. Precioſior eſt cūctis
opib⁹ ⁊ oīa q̄ deſideraẜ huic nō va-
lēt cōpari. 3. rō eſt ex ꝑte venditi
onis: q q vēit aliq̄ actu ad illud: ſeu
alio mō q̄ ordinauerit de⁹: ſiue fac
⁊ tāto peius q̄to illud ē in ſe digni⁹
Ordinauit aūt de⁹ ſpūalia gratis cō
ferri debē hoīb⁹ ꝑ miniſtros eius: qđ
xp̄s declarauit dicēs. Mat. 10. c. Gra
tis accepiſtis gratis date. ſ. ſacramē-
ta ⁊ alia ſpūalia. vn̄ in cōcilio Tole-
tano. i. q. i. c. qcqd. dr̄. Quicqd iuiſibi
lis gr̄e cōſolatōe tribuit: nūqꝫ q̄ſtib⁹
vl̄ qbuſlibet p̄mijs venūdari penitus
debet dicēte dn̄o. Gratis accepiſtis g̃
tis date. Et ſic colligiẜ q ſymonia ꝑ
pter dicta pcc̄m ē mortale. Et ſupad
diẜ ratio q nullus dз excoicari niſi ꝑ
mōtali pcc̄o: ut dcз ē i ſmōe d iobia
Sed ꝑ ſymonia debet qs excoicari.

vn̄. i. q. i. c. qcūqꝫ ſacros. dr̄. Anathe-
ma dati. i. fiat ſm̄ gloſam anathema
accipiēti ſymonia. 3. ꝯſiderem⁹ de-
terminationē. Quid intelligiẜ ꝑ ſpūa-
lia aut ſpūalib⁹ ānexa. Et ſm̄ docto-
res ſpūalia dicūẜ ſacramēta. ſ. baptiſ-
mus. chriſma. eucharīſtia. ordo. pēitē
tia extrema vnctio. ⁊ bn̄dictio nupti
arū: ꝓ quibus dare pecuniā vel reci-
pere vt preciū eoꝝ eſt prohibitum: q
ſymonia. Annexa vo ſpūalib⁹ dicūẜ
Dedicatio eccliaꝝ. cōſecratio vginuз
⁊ aliarū rerū ptinētiū ad cultū diuinз
benedictio abbatū. Abſolutio ab ex
coicatiōe vel alijs cenſuris eccliaſtic̄.
electio p̄latoꝝ eccliaſticoꝝ ꝯfirmatio
eoꝝ. renūciatio. viſitatio ipſoꝝ p̄lato
rum. correctio criminū vel deſiſtere a
correctione i iudicio eccleſie cura aīa
rum ingreſſus religiōis ſeu monaſte-
rij ecclia ſeu bn̄ficiū ſimplex vel cura-
tum prebēda dignitas eccliaſtica. vt
archydiaconat⁹. prepoſitura. ep̄atus
⁊ hm̄⁹ officiū ſepulture vl̄ locus ecclie
ꝯſecratus ad ſepulturā vel vbi iā eſt
ſepult⁹ aliqs capelle. Ius patronat⁹
ius ꝑcipiendi decimas. Officia ecclia
ſtica vbi eſt aliqd iuriſdictiōis ſpūal̄
vt yconim⁹ vicedomin⁹ ⁊ hm̄⁹. ferre
ſniam in iudicio eccliaſtico: ꝑmutatō
dignitatis eccleſiaſtice vel bn̄ficia ⁊ ſi
milia. Paciſci g̃ ꝓ his ſymonia eſt. vn̄
dr̄. i. q. 2. c. quā pio. Ceſſet oīs pactio
ceſſet oīs couētio. ſ. emptōis aut ven
ditiōis. Notādū tñ q ſi qs ſine pacti
one expreſſa uel exactione ꝯferat ali
qd ſpūale ſpūaliter hac intētione vt
ꝓpẜ illud recipiat tpale: puta audit
cōfeſſionē: vel dicit miſſam: vel ꝯfert
ordinē ſiue bn̄ficiū ⁊ hm̄ꝫ p̄ncipaliter

q ſperat ꝓpter hoc ſe habiturū pecu
niam vel aliud p̄ciū. Et ſilr̄ q dat tē-
porale principaliẜ: vt recipiat ſpūale
puta euchariſtiā. ordinē. ſacram̄tm̄ bn̄
ficiū ⁊ hm̄⁹ ſymoniā ꝯmittit mentalē q̄
mortale eſt ſз Ric. Tho. Ray. Hoſt
⁊ Innoc. Sed talis ſymonia mētalis
tolliẜ ꝑ penitētiā: extra de ſymonia
c. mandato. Ubi aūt nō ſit pactio vl̄
exactio uel principalis intētio ad tē-
poralia i collatione ſpiritualiū vl̄ re-
ceptione: ſed gratis ⁊ elemoſynaliter
detur aliquid q accipiaẜ ad ſuſtēta-
tionē nature vel reuerētiā ſacramen
toꝝ: vel ad ſeruādū laudabilē cōſue-
tudinē licite ⁊ ſine ſymonia dari ⁊ ac
cipi pōt. Vn̄ Greg. i. q. 2. c. ſicut ep̄m
ait. Eius oblatio nulla culpe maculā
ingerit que nō ex ambiētis petitione
ꝓceſſit. Nec ſymoniaci ſūt tātū q ſpi
ritualia vendūt vel emūt. ſed etiam
illi qui in his mediatores ſūt q̄s eccle
ſia grauiẜ punit: ſicut pз. i. q. 2. c. ſicut
epiſcopum.

Qđ pecunia eſt materia inductiua
peccati ſymonie: ⁊ quō pecunia acci-
pitur multipliciter ⁊ multiplici munē

Capl̄m. 2.

Ecūdū myſteriū cōtēplāduз
de ſymonia dr̄ inductio. Eſt
nanqꝫ huius ſceleris materia
inductiua pecunia: ſumēdo pecuniaз
large. vt in ſermōe p̄cedēti dictum ē
ꝓ oī eo qđ pōt tpaliẜ poſſideri. Po
teſt etiā pecunia dici qcqd p̄cio tpali
ſeu eſtimari pōt ſeu menſurari. Non
ſolū pecunia numerata i monetis auri
argenti ⁊ eris vel ea que cōmuniter
cōſueuerūt emi vel vendi vt vaſa au
rea vel argētea aīalia agri. ⁊ hm̄ōi.

Qualiť ꝟba ↄcludā? Audiuimus ex
his que dicta sūt q̄ȝ grauē sit vitiū sy⸗
moīe: ⁊ tñ hodie vbiꝗȝ regnat vbiꝗȝ
sua tela p̄ijcit. O eccl'ia dei. o sponsa
decora agni īmaculati xp̄i Jesu qs in
te p̄fecit tot ignaros indoctos īhabi
les ad curā aīaꝝ? Quis ordīes digni
tates ⁊ bñficia tua tā multis idignis
tribuit? Audeo dicē. Qꝛ pessima illa ⁊
truculēta bellua symōia mala ħ oia
fecerit. Et ne descēdam⁹ ad pticula⸗
ria tñ vnū tenē firmiter possum⁹ ꝙ si
symonia cessaret a ministris eccl'ie cun⸗
cta bñ optimeꝗȝ disponerēť ⁊ aīas in
pccīs alligatas absoluerēt: ac ↄ dya⸗
boli laqueis liberarēt: se v̄o nō illaq̄
arēt: ꝟ poti⁹ velut ministri digni adipi
scerēť ī h̄ seclo dei grām. ⁊ ī fu. scā. glo. ī
q̄ xp̄s viuit regnatꝗȝ ꝑ īfi. secula. Amen

Feria q̄rta tertie ebdomade ī qua
dragesima de cogitatiōib⁹ malľ ⁊ viti
osis vitādis ꝓpť q̄s solas ⁊ absꝗȝ esse
ctu opuꝫ extioꝝ posset hō dānari.

Ser. 42.

De corde. n. exeūt
cogitatiōes male. Verba sūt
redēptoris nostri originaliť
Math. 15. c. ⁊ ī euangelio hodierno.
Extat apud nōnullos opio q̄dē sat
falsa ⁊ ꝑiculosa: q̄m nō arbitrāť esse
pccā q̄ ꝑ opa extrinseca nō ꝑpetrāť
cū tñ fm rei v̄itateꝫ multo plura sint
mala q̄ latēt ī corde: in die iudicij ma
nifesta fienda q̄ȝ ea que nūc apparēt
forinsec⁹ ⁊ videť: hoc aūt euidenť sa
tis aperuit oīuꝫ doctō Jesus xp̄s dei
filius ī lectiōe sc̄i euangelij. Vna ꝓpť
vt q̄ verā pniam agē volūt totaliter
mūdēť: ⁊ q̄libꝫ expellāť facinora ī pñ
ti fmōe de cogitatiōib⁹ differem⁹: ī
q̄bus tria mysteria declarabo.

Primū dr̄ cognitio.
Secundū offensio.
Tertiū remediatio.

Quod cogitatiōe cordiū certitudīaliť
cognosci nō pñt: nec a demōib⁹ neꝗȝ
ab angelis beatis: ꝟ bñ a solo deo q̄
nullū latet secretū.

Capitm. i.

Primū mysteriū declarandū
de cogitatiōib⁹ dr̄ cognitio
in quo videndū erit q̄liť co⸗
gitatiōes nroꝝ cordiū cognosci pñt.
Et hoc tripliciť. P̄ respectu demōis
2. respectu angeli. 3. respectu dei.
Primo videdū ē q̄liť cogitatiōes hoīuꝫ
cognoscāť respectu demōis: de q̄ du
biū eē pōt. vꝝ cognoscat secreta cō
scīe. Et videť ꝙ sic. Primo qꝛ officium de
monū ē accusare. vñ Apoc. 12. Proie
ctus ē accusator fratrū nroꝝ. Ergo si
in iudicio arguēmur de secretissimis
cogitatōib⁹: videť ꝙ he nō lateāt ac
cusatoreꝫ nostrū. 2° arguiť qꝛ dicit
Angli. sup Gen̄. ad lrām. Mali an
geli cogitatiōes nouerūt: qꝛ multa ꝑ
dicūt q̄ nō ꝑdicerēt si cogitatōes nō
nouissent. 3° arguiť ex dictis Ari. 2.
de aīa. Notior ē opatio q̄ȝ potentia
⁊ potētia q̄ȝ sba: qꝛ ꝑ cognitiōꝫ opa⸗
tionis ⁊ potētie ꝑueniť ī cognitionē
sbe. Sꝫ sba aīe nō pōt latere dyabo
lū: ḡ nec ei⁹ opatio nec v̄tus. ḡ si cogi
tatio ⁊ affectio sūt passiōes aīe. ḡ nō
possūt latere dyabolū. Sed ↄtra
arguiť ex dicto Augꝰ. li. de eccl'iastici
dogmatib⁹. Jnťnas aīe cogitatiōes
dyabolū nō vidē certi sum⁹. Rñdet
Bon. ⁊ Rich. di. 8. 2. li. Qꝛ duplex est
cognitio. P̄. certitudinalis: ⁊ tali co
gnitiōe demōes nō pñt ↄsciaꝫ secreta
rimari. 2ᵃ est cognitio cōiecturalis:
que ē ꝑ aliquos motus seu ꝑ aliq̄ sig̃.
Et q̄m pauca sūt ita secreta q̄n ꝓde⸗
ant in opa exteriora: vel appareant
ꝑ signa extiora faciei: vel ꝑ signa cor⸗
poris q̄d diuersimode moueť fm di⸗
uersitatē affectionū. hinc est ꝙ multe
cogitatiōes nr̄e dep̄hendi pñt a mali
gnis spiritib⁹: nisi arceāť v̄tute diua.
hec aūt cognitio poti⁹ est coniecture
q̄ȝ certe scie. Ad primū ḡ argumē⸗
tū dicit Bon. ꝙ ī die iudicij nō solum
demō erit accusator: imo etiā ⁊ cor ve
strū. Vñ de exteriorib⁹ accusabit dya
bol⁹: de secretis v̄o ↄscia ꝓpa. Ad
scđm ꝑꝫ rñsio ꝑ dis. iam factā ↄ du
plici cognitiōe. Ad t̄tiū v̄o. s. ꝙ no⸗
tior est opatio q̄ȝ sba. dić Bon. ꝙ vꝫ
ē de opatiōe extrinseca. De intrīseca
aūt aīe nō habꝫ semꝑ v̄itatē. Multe
enī res sūt nobis note q̄rū v̄tutes ⁊
opatiōes nos latēt. vľ dicēdū ꝙ illō
habet locū in opatiōe nāli: nō ī opa
tione volūtaria. Opatio enī naturaľ
fm ꝙ nālis est ita se nāliť nata ē rep̄
sentare: nec se occultare pōt: sicut nec
sba: imo ꝑ ipsam manifestať sba duꝫ
plus habet de rōne actualitatis: ac ꝑ
hoc manifestatiōis ⁊ lucis. Jn opati
one aūt volūtaria sec⁹ ē. Nā cuꝫ sba
naturaliť se rep̄sentet: sicut naturaliť
est ⁊ se occltare nō possit opatio vo
luntaria: sicut volūtarie exiꝫ ī eē: ita
⁊ volūtarie mānifestať: ⁊ ita occultāi
pōt: imo nō manifestať nisi hō velit.
Alia aūt sūt q̄ latēt ī secreto nostre
ↄscie. Nō q̄uis dyabolus vidē possit
aīam ꝓpa v̄tute: nō tñ pōt illā ↄspicē
Et sic ↄcluditur ꝙ certitudinaliť de
mones archa pectoris nr̄i scire nō va
lent. 2° videndū ē q̄liť cogitationes
cognoscāť respcū āgeli. Et licet her⸗
mes in li. quē fecit de q̄tuor materijs
⁊ q̄dā alij ↄtēdāt ꝓbare ñ latē ip̄os
āgelos cogitatōes nr̄aś: v̄ūtñ ī hac
pte īherebo doctrine scī Tho. Col⸗
ligo itaꝗȝ ex eius dictis ī p̄ma pte sū⸗
me. q. 57. ⁊ in. 2. scripto sen. di. 8. ar.
5. ea q̄ ꝑ solutiōe hui⁹ dubij faciunt.
Dico ḡ ꝙ cogitatiōes pñt dupliciter
ↄsiderari. Vno° put sūt ī sua futuri⸗
tione. Alio° put sūt ī sua pñtialitate.
Primo mō. s. put cogitatiōes sūt future
nāliť cognosci vel videri ab angelo⸗
rum nec ab hoīe possūt. Cui⁹ rō ē: qꝛ futura
nō cognoscūť nisi fm ꝙ habēt eē de⸗
terminatū in sua cā. Sꝫ cogitatiōes
cordis nō habēt deťminatū eē ī volū
tate: qꝛ volūtas se hꝫ ad vtrūlibet: ⁊
iō nō pñt cognosci. 2° mō cogitati⸗
ones cordis pñt ↄsiderari: put sūt in
sua pñtialitate. Et h̄ duobus modis
vel put sūt ī suo principio: vľ put sūt
in signo. Primo mō put cogitatiōes sunt
solū ī suo ꝑncipio. s. cogitatōes ī intel
lectu: ⁊ affectōes ī affectu vel volūta
te: ita ꝙ ex cogitatiōib⁹ non resultat
aliq̄ ↄexteri⁹ signū: puta aliqs effectuś
vel mot⁹ ī corde: ⁊ sic solus de⁹ cogi
tatiōes cognoscit. Primo rōne cāliťatis:
qꝛ ille solus cogitationes cognoscit:
cui soli subiacet itellect⁹ ⁊ volūtas cre
ature rōnalis: ⁊ ḡ solus pōt opari in
eam: ⁊ ē eius ꝑncipale obiectū ⁊ finiś
vltim⁹. Sꝫ h̄ ꝓpriū ē dei. ḡ nec āgelo
nec hoi ↄuenit: ꝟ soli deo. 2° h̄ ꝓbať
rōne entitatis. Nā q̄ȝto aliq̄d minus
habet de entitate min⁹ hꝫ de cog̃scibi
litate: ꝟ cogitatiōes minū hñt de en
titate. ḡ ⁊ minū de cognoscibilitate
Additť ⁊ alia rō. s. intimitatis. Nam

quāto aliqd eſt magis ſecretū vel ab
ſconditū: tāto min⁹ cognoſci pōt. Sʒ
cogitatiōes cordis ipſi mēti ⁊ itelle
ctui ⁊ volūtati ſunt valde itime eo
ꝙ ſūt a principio extrinſeco. ſ. intelle
ctu ⁊ volūtate. Nō patʒ: qꝛ cogitare
dīc actionē intrinſecā: ⁊ iō ille ſol⁹ co
gitatiōes cordis pōt cognoſcē q ipſi
mēti pōt ſe intimare. Talis aūt ē ſo
lus deus. ¶ 2ᵒ. cogitatiōes cōſiderari
pnt put ſūt i exteriori ſigno: ⁊ ſic co
gnoſci pnt ⁊ ab angelo ⁊ a demone:
vt dictū ē ⁊ ab ipſo hoie. ¶ 3ᵒ. vidēdū
eſt ⁊ cōcludēdū ex pmiſſis ꝙ cogita
tiones cognoſcūt ab ipſo deo. Ipſi ni
hil eſt abſcōditū nihil occultū: cogno
ſcit ⁊ qcqd patʒ ⁊ qcqd latet. Unde
Job. 42. c. ait. Scio qꝛ oīa potes: ⁊
nulla te latet cogitatio. Et Eccl. 7ᵒ.
Nō te iuſtifices āte deū: qm̄ agnitor
cordis ipſe ē. Et ps. 23. Dñs ſcit cogi
tatiōes hoium. Et i. paral. penultimo
Oīa corda ſcrutatur dñs: ⁊ vniuer
ſas mētiū cogitationes intelligit. Et
Heb. 4. Oīa nuda ⁊ apta ſūt oculis
dei. Et Jo. i. canonice. c. 3ᵒ. Maior eſt
deus corde noſtro ⁊ nouit oīa: ⁊. 32.
di. c. erubeſcāt. Secretoꝝ cogitator ⁊
iudex deus eſt. ⁊ Seneca ad Luciliū
Quid pdeſt aliqd ab hoie eē ſecretū
nihil deo clauſū eſt. Ipſe cogitatiōi
bus noſtris interuenit. Sic interuenit:
dico ut nūq̄ aliqñ inde diſcedat. Ex
qbus dephēdim⁹ quāta ſit illorum
fatuitas: qui gaudēt delinquētes ab
hoibus nō videri: nec cogitāt deum
oium ſecretoꝝ: oiumq; cordiū eē inſpe
ctorē. vñ ⁊ poeta Ouidius. li. 4. me
tamorphoſeos. ait. Aſpiciunt oculis
ſupi mortalia iuſtis.

¶ Qualr̄ in cogitatiōe pōt eē pctīʒ:
⁊ ꝙ alia ē cogitatio nature. alia grē:
⁊ alia culpe. ¶ Capl̄m. 2.

Ecūdū myſteriū declarādū
de cogitatiōib⁹ dr̄ offenſio.
i quo diſputādū venit. Utrū
in cogitatiōe poſſit homo peccare: ⁊
offendere deū. Et arguiī p vnā pte
ꝙ nō. Nā oē pccm̄ aut ē in volūtate
aut in actu volūtatis. Sed cogitatō
eſt act⁹ interi⁹. ḡ i cogitatione nō pōt
eſſe pccm̄. Sʒ i cōtrariū eſt auctoritas
Jeſu xpi i euāgelio p̄ſiti. ⁊ iterū i ſcri
pturis ſepi⁹ cōfirmaī. Unū Eccliaſtes
15. Abhoiatio dñi cogitatiōes male.
Et Sap. i. Peruerſe cogitationes ſe
parant a deo. Et pu. 6. De⁹ odit cor
machinās cogitationes peſſimas. Et
Iſa. i. Auferte malū cogitationum vē
ſtrarū ab oculis meis. ⁊. 55. c. Derelin
quat impius vias ſuas: ⁊ vir iniqu⁹
cogitatōes ſuas. ⁊ Hiero. 4. c. Uſqꝫ
morabūī in te cogitatiōes noxie. Et
Zach. i. Cōuertimi de vijs vris mal̄
⁊ cogitatiōibus veſtris peſſimis. Et
Math. 9. Cū qdā de ſcribis dicerēt
intra ſe de xpo. h̄ blaſphemabat cūʒ
vidiſſet Jeſus cogitatiōes eoꝝ. dixit
Quid cogitatis mala i cordib⁹ vr̄is.
Rñdeo itaq; ad hanc qōnē ex dictis
Alex. in. 2. ſūme ⁊ ſci Tho. di. 39. 2. li.
ar. 2. diſtinguēdo triplicē cogitatiōē
¶ Pᵃ. eſt nāe. ¶ 2ᵃ. grē. ¶ 3ᵃ. culpe. ¶ Pria
eſt cogitatio nature: qñ qs cogitat ea
ad que nāliter inclinaī. vt ſi qs ſitiēs
cogitat de potu. ſi qs ḡuatus ſomno
cogitat de dormitiōe ⁊ hm̄⁹: ⁊ i talib⁹
cogitatiōib⁹ nō ē peccatū: qꝛ ex his q̄
inſūt a natura nec laudamur nec vi
tuperamur vt dicitur. 2. ethicorum.

¶ Secūda cogitatio dr̄ grē: cū quis
cogitat bñ facē: nā ut dixim⁹ i p̄ hui⁹
opis ſmone. Nō pōt qs a ſeipo cogi
tare bonū. qꝛ ut inqt Aug. in li. de p
deſtinatiōe ſcōꝝ. Prius eſt cogitare
bonū q̄ credē: ⁊ ipſū cogitare bonuʒ
ex deo eſt. Notādū tñ ꝙ non oīs co
gitatio boni a grā eſt inſpirāte. Naʒ
cum duplex ſit bonū. ſ. quoddā de ne
ceſſitāte pcepti. quoddā ō ſupero ga
tione pfectiōis. licʒ primū bonū ſemp
ſit hoī inſpiratū a deo: nō tñ ſep̄ 2ᵐ.
qnimo poſſet: ⁊ qꝛ dyabol⁹ pmittē
te deo talia bona ſuggerē: ut ſb illoꝝ
ſpē ſeducēt ad gruiora mala. puta poſ
ſet tēptare aliquē vt piſam faceret:
quā fecit beāꝰ fran. ut ſb illa ſpē: aut
faceret illuʒ de ſe nimiū pſumē: aut ad
fatuitatē puenire: pptēa laudo ut cū
tales cogitatiōes aſcēdūt in corde vē
lit homo recurrē ad diuinū cōſilium
pariter ⁊ auxiliū ⁊ petē bonoꝝ ⁊ ſcōꝝ
virorum iudiciū. ¶ Tertia ē cogita⁹
culpe: qñ qs cogitat de pcco aliquo.
Et hec cogitatio pōt eſſe aliqñ meri
toria: aliqñ venialis. aliqñ mortalis.
Pōt eē cogitatio de pccis meritoria
cū qs cogitat vt vt doleat ul̄ 9teraī
ſicut dicebat Ezechias. Iſa. 38. c. Re
cogitabo tibi. o. a. m. in. a. a. mee. Uel
cogitat qs peccata ut illa cognoſcat
ſicut q hʒ cōfeſſiōes audire varia pec
cata recogitat qualr̄ illa poſſit dete
ſtari ſiue punire. Quq; cogitatio de
pccis pōt eſſe venialis. ſ. cū qs illa co
gitat cū aliq̄li delectatiōe: nō tamē ex
propoſito nec ex deliberatione: ſ; po
tius ex quadā ſubreptiōe. Qñ; iſup
cogitatio de pccis eſt pccm̄ mortale:
qñ videlʒ quis cogitat illa cū ſenſu ō

liberato ex delectatiōe ⁊ cōplacētia
pcci mortalis. Et q̄uis nō ſeqī actus
exterior: tñ volūtas depraūaī ⁊ ma
culaī interius. pptea ḡue piculū imi
net his q nullā ſibi cōſciam faciūt de
cogitatiōib⁹ turpib⁹ ⁊ imūdis. Idcir
co ſeruāda ē Hiero. regl̄a ad Deme
triadē v̄ginē. d. Oiuʒ opuʒ ⁊ cogita
tionū tuaꝝ ſpectatorē tuū deū credē
iō caue ne qd loquaris aut cogites
qō oculos diue maieſtatis offendat.
hec ille.

¶ Qm̄ vitari poſſūt pccā cogitatiōnū
p exercitiū orōnis. lectiōis. opatiōis ⁊
p cuitatiōnē locutiōis ⁊ auditiōis ocī
oſorū v̄borū: ⁊ nutritiōis ipſaꝝ cogi
tationū: ⁊ p amaritudinē. ¶ Capl̄m. 3.

Ertiū myſteriū declarādū
de cogitatiōib⁹ dr̄ remedia
tio: in quo notabiꝛ tria pn
cipalia remedia: qb⁹ cogitatiōnū pec
cata declinari poſſunt. ¶ pᵐ. exercita
tio. ¶ 2ᵐ. euitatio. ¶ 3ᵐ. amaricatio.
¶ Primū remediū ē exercitatio. aut i le
ctione. aut i orōne. aut i corpali occu
patione. Et de hoc ita dicit Hiero.
ad Saluinā de nebridio ⁊ viduitate
Semp in manib⁹ tuis diua ſit lectio
⁊ tā crebre orōnes ut oiuʒ cogitatio
nū ſagitte qb⁹ adoleſcētia pcuti ſolʒ
huiuſcemōi clypeo repellāī. ⁊ idē ad
Ruſticū monachū ⁊ de cōſecra. di. 5.
nūq̄. facito aliqd opis ut dyabolus
te ſemp iueniat occupatū. Et ideʒ ad
Demetriadē v̄ginem. Nec iō tibi ab
ope ceſſandū eſt: qꝛ deo ppiciū nulla
re indiges: ſ; iō cū oib⁹ laborādū vt p
occaſionē opis nil aliud cogites niſi
qō ad dñi ptinet ſeruitutē: ppterea
Eccl. 33. dr̄. Multam maliciaʒ docuit

votũ p pfeſſionẽ i religionẽ ⁊ p ſacri
oꝛdinis ſuſceptiõez ut pꝫ ext. q clerici
uł uouẽtes. c. rurſus. i glo. ⁊. c. ꝙ vo-
tum. ¶ Nondũ tñ ut dr̃. in glo. 27. q
i. c. mulieres. ⁊ ext. õ ↄuerſa ↄiu. c. ex
pte. ꝙ in ppꝛia domo uti veſtib⁹ mo
nachalibus ⁊ votũ facẽ nõ ſolẽnizat
votũ. ¶ Tertia conditio que reqrit̃
in voto dr̃ ſuperrogatio. Debet fieri
votũ õ bono ſuperrogatiõis et non
de bono neceſſario: qꝛ ad bonũ neceſ
ſariũ homo tenet̃ etiaꝫ ſine voto. Sꝫ
magr̃ ſen. di. 38. qſti. dic. ꝙ votorum
aliud eſt cõe. aliud ſingulare. Cõe eſt
qδ oẽs in baptiſmo faciũt. cũ ſpõdẽt
rẽnũciare diabolo ut habet̃ õ cõſe. di
4. c. ꝑma igit̃. ⁊. c. ꝑmũ iterroget̃. Et
tłe uotũ fit õ his q̃ ſũt neceſſaria ad ſa
lutẽ. Ibi tñ diminute inenit̃ rõ uoti. Sĩ
gulare uotũ ẽ cũ aliqs ſpõte pmittit
ſe ſuaturũ aliqδ bo⁹ ad qδ ñ tenet̃ ↄꝑuiſ
teat̃ p⁹ uotũ Hinc dr̃. 17. q. i. c. ſt qdã
Sũt qdã q̃ etiã nõ vouẽtes debem⁹
qdã etiã q̃ niſi uouerim⁹ nõ debẽm⁹
Sꝫ poſtq̃ ea deo pmittim⁹ neceſſario
reddẽ ↄſtringimur. Sed hic emergit
vnũ dubiũ. Vtrꝫ uota q̃ fiũt ſb aliq cõ
ditione: cõditione illa ceſſãte ſint ob
ligatoꝛia. ⁊ rñdet Ray. i ſũma. ꝙ du
plex ẽ cõditio. Vna generał ut ſi vi
xero. ſi potero. ſi de⁹ voluerit. q̃ ſp i
telligũt̃ etiã ſi nõ apponãt̃. ut pꝫ. 27.
q. 2. c. beata maria. Alia eſt cõditio
ſpẽalis puta cũ qs vouẽdo dic̃ pmit
to facẽ tłe bonũ ſi ĩpetrauero ſanita
tem. ſi ↄditõ dficiat uotũ nõ obligat
facit ad hoc qδ ſcribit̃. 32. q. 8. c. non
ſolũ. Et ext̃ õ cõditione appoſita in
diſpẽſatione. c. vex. ⁊ de reſti. ſpo. c.
olim. ¶ Quarta ↄditio q̃ reqrit̃ i voto
dr̃ oꝛdinatõ. Debꝫ votũ fieri ipi deo
qꝛ cũ vouẽ ſit act⁹ latrie ſoli deo de-
bet̃. ¶ Sed dubitat̃ circa h̃: qꝛ vota
fieri ſolẽt etiã ſcis. ſ dic̃ Ric. ꝙ vo-
ta q̃ fiũt ſcis nõ plene hñt rõnẽ voti
p ↄpationẽ ad ſcõs: ſ ad deũ. Qui. n.
vouet ſcõ Iac. eius eccłiam viſitare
Locutio ſiue mẽtał ſiue vocalis q̃ dic̃
ſe viſitaturũ ſcm̃ Iac. fit ſcõ Iac. ſed
obligatio ad iplẽdũ illud qδ dr̃ ꝓpe
⁊ ſimplr̃ loquẽdo nõ fit niſi deo. Vñ
qδ ẽ mãle i illo vota fit ſcõ: ⁊ qδ eſt
foꝛmale fit deo. ¶ Quinta ↄditio q̃ re
quirit̃ i voto dr̃ foꝛmatio. Hec nãqꝫ
eſt foꝛma voti ut fiat deo de re bõa
ad bonũ finẽ: ppt̃ea dic̃ Ric. ꝙ vo
tũ factũ ꝑpt̃ malũ finẽ nõ tenet: nam
magis dependet votũ a ſuo fine q̃ a
ſua mã: qꝛ ſm ꝑhm. 2. meta. finiſ ẽ cã
cãꝝ: ſ votũ factũ de mã mala ꝑpt̃ fi-
nẽ bonũ nõ tꝫ. Idcirco vouẽs ſe factu
rũ aliqd qδ ẽ abſolute bo⁹: nõ tñ
ꝑpt̃ h̃ itẽdẽs niſi finẽ malũ. ſuit̃ pec
cat ⁊ nõ tꝫ votũ: qꝛ talis aut itẽdit p
illud votũ ſe poſſe cõſeq finẽ illũ aut
nõ. ſi nõ iã nõ obligat ſe ꝑpt̃ finẽ illũ
qꝛ ſic̃. d. ꝑhs. 3. ethicoꝝ. Electio nõ eſt
ĩpoſſibiliũ. ſ a ſili nõ ẽ alic⁹ ĩpoſſibił
ad ↄſequẽdũ ſi ſic errat: qꝛ ſm Augl. i
li. 83. q. Deo volẽte ⁊ auctoꝛe non fit
hõ deterioꝛ. Deterioꝛ aũt fit hõ p ↄſecu-
tionẽ finis mali. ¶ Sexta ↄditio q̃ re
qrit̃ i voto dr̃ honeſtatio. Dꝫ votuꝫ
fieri de re honeſta ⁊ mã bona: ꝑpt̃ea
dr̃. 22. q. i. c. i malis. In malis pmiſſis
reſcide fidẽ i turpi voto muta decre
tũ: qδ icaute vouiſti ne facias: ipia ẽ
pmiſſio q̃ ſcelere adiplet̃. ¶ Sꝫ dubi
tat̃ hic de Iepthe: de q̃ hr̃ Iudic. xi.
ꝙ interfecit filiã ſuã ſicut vouerat. Et
tñ ad Heb. xi. numerat̃ int̃ illos q p
fidẽ vicerũt regna. g̃ vr̃ ꝙ poſſit fieri
votũ de re mala ⁊ inutili. Rñdꝫ Ric
ꝙ uotũ Iepthe nõ fuit obligatoꝛium
niſi ad imolãdũ aĩal occurrẽs imola
titiũ. Et q̃ ad h̃ fuit licitum ⁊ placẽs
deo: qδ oñdit victoꝛia ſubſecuta. vñ
in occidẽdo filiã ſuã fuit fatu⁹ ⁊ ipi⁹
de q̃ ĩpietate poſtea penituit. ¶ Se-
ptima ↄditio q̃ reqrit̃ in uoto dr̃ diſ
cretõ. Dꝫ nãqꝫ fieri votũ diſcrete pꝛu
dent̃ ⁊ moderate. Nã ſic ꝓhibita eſt
indiſcreta pnia ita ꝓhibet̃ ⁊ votũ ei⁹
ſ qd de votis ſtultis ut ſũt uota illo
rũ q uouẽt nõ comedẽ caput: aut nõ
ↄmedẽ pedes: aut nõ comedẽ colum
bos: uel nõ lauare man⁹ ⁊ ſilia. Rñdꝫ
Tho. ꝙ talia vota deridẽda ſũt po
tius q̃ ſuanda. Accipim⁹ g̃ ex dictis
q̃ta i uoueñ dꝫ eẽ maturitas i vouẽ-
do q̃ta inſup diligẽtia i cõplẽdo qδ
uoto pmiſſũ ẽ. Io. d. Ric. ꝙ oẽ uo-
tũ licitũ obligat uouẽtẽ ad illud qδ
vouit ad iplẽdũ niſi i q̃tuoꝛ caſibus.
¶ Primo ẽ ꝑpt̃ ĩpotẽtiã adiplẽdi. ¶ 2⁹
ꝑpt̃ auctoꝛitatẽ ſupioꝛis diſpẽſadi.
¶ 3⁹ ꝑpt̃ defectũ ↄditiõis appoſite: ut
dictũ ẽ ſupi⁹. ¶ 4⁹ qñ illud qδ tpe uo
ti facti fuit licitũ: p⁹ea fit illicitũ.
¶ A vouere interdicit̃ ſeptẽ gñib⁹ ꝑ-
ſonaꝝ i qbus ẽ limitata rõnabilit̃ fa
cultas vouendi. ¶ Capłm. 2.

Ecundũ myſteriũ pꝛincipale
de voto declarandũ dr̃ ꝓhi
bitio. Nã ꝓhibet̃ ſeptẽ g̃d⁹
pſonarũ vouẽ. Pꝛimi ſũt epi. Se-
cũdi clerici. Tertij religioſi. Qrti
pueri. Quiti filijfamilias. Sexti ſ
ui. Septimi vxoꝛes. ¶ Pꝛimi q nõ
poſſũt uouere ſũt epi. Ipſi eñi nõ poſ
ſũt facẽ votũ quo diſſoluat̃ vĩculuꝫ
eccłie ſine licẽtia dñi pape: ext̃ de re-
nũciatiõe. c. niſi cũ ꝑdẽ. eſt eñi ep̃s ec-
cleſie ſue ſpõſ⁹: ut dr̃ i. c. int̃ coꝛpalia
ext̃ de trãſlatiõe epi ⁊ electi. Idcirco
nõ põt emittẽ vota q̃ eẽnt i ꝑiudiciũ
ſue cure. ext̃ de voto. ⁊ voti redẽpti
one. c. magna. ¶ Secũdi q nõ pñt uo
uere ſt̃ clerici bñficiati: q nõ pñt vouẽ
pegrinationẽ: aut aliδ ꝑpt̃ qδ habe-
ant relinq̃re eccłiã ſine licẽtia pꝛelati
ſui. de cõ. diſ. 5. c. nõ opoꝛtꝫ. Excepto
ꝙ pñt vouere ⁊ uotũ iplẽ etiã epo cõ
tradicẽte de itrãdo religionẽ: vt pꝫ
19. q. 2. c. due ſũt. Et ſilr̃ õ accipiẽdo
crucẽ. ut hr̃ ext̃ õ voto. ⁊ vo. re. c. ex
multa. Tertij ſũt religioſi p qb⁹ dicit̃
20. q. 4. c. monacho. Monacho non
licet votũ uouere ſine cõſenſu abba-
tis ſui: ſi aũt uouerit frãgendum erit.
Rõ aũt potiſſima ſm Ric. q̃re religi-
oſus nihil vouẽ põt. ẽ. qꝛ penſata hu
mana ĩfirmitate: ⁊ religiõis onẽ non
poſſet ſe ad aliqd ultra ſuã pfeſſionẽ
obligare qδ nõ poſſet iplẽ ſine quali
cũqꝫ ꝑiudicio uel ꝑiudicij ꝑiculo obſ
uatiõis cuiuſlibꝫ coꝝ ad q̃ ex ſua pfeſ
ſione tenet̃ ⁊ abſqꝫ ꝑiculo reddendi
ſe intẽdũ onerosũ ꝑlato ſuo: uel alicui:
ſeu aliqb⁹ fratrũ ſuoꝝ ꝑpt̃ ſollicitudi
nes ⁊ modos ſingulares q̃s intẽdum
hẽrẽt illi q eẽnt ad plura q̃ alij obli
gati. ꝑpt̃ea tãte ẽ altitudinis religi-
onis votũ ꝙ oĩa alia i ipſũ cõmutari
pñt. Et iõ eccłia ↄſiderãs h⁹ voti alti
tudinẽ ⁊ humane nature infirmitatẽ
voluit auctõitate dei voto religiõis
nullũ poſſe votũ aliud ſupaddi: ꝑpt̃
ꝑiculũ tranſgreſſiõis vitãdũ. Glo. tñ
ſup dicto. c. monacho. dicit monachũ

nō poſſe vouere eē intelligēdū de no
to abſtinētie p qd alij ſcādalizaꝫ.
Quarti ſūt pueri añ ānoſ pubertatꝭ
qꝛ p illo tpe nō habēt expeditū vſuꝫ
rōniſ ꝛ liberi arbitrij. Et ut dr extra d
regu. ꝛ tranſeūtib⁹ ad religionē. c. ſic
tenoꝛ. Careſ vſu liberi arbitrij: vouē
nō pōt: qꝛ nō pōt ꝯſentire. Quīti ſē
filijfamilias. Nā filiuſfamilias qꝛ ſub
eſt patri i hiis q ad regimē dom⁹ ꝛ fa
milie ptinēt nō pōt de illiſ votū facē
ſeu d ptinētib⁹ ad illa ſine pris aucto
ritate. Sexti ſūt ſui q nō pñt vouē
aliqd eoꝝ que ipoſ ipediāt a ſeruitio
dñoꝝ ſuoꝝ ſine ſuoꝝ auctoritate ꝛ vo
.4. di. z. q̄ quis tuti⁹ ſit baptizare p
modum imerſionis: q2 hoc hēt coīoꝛ
vſus. Pōt tñ baptiſm⁹ fieri p modum
aſpſionis vel p modū effuſionis ſm il
lud Ez. z6. Effūdā ſup vos aquā mū
dā. Sic apl'i baptizauerūt tria milia
hominū vna die: nō imergēdo. ſʒ aſp
gēdo. Et beat⁹ Laurenti⁹ baptizauit
Romanū effūdēdo. Quñ ḡ immēt ne
ceſſitas vl' ppt paucitatē aq̄: vel ppt
debilitatē miſtri: q nō pōt ſuſtētare
baptizādū: vel pter dānū qd bapti
zādus ex imerſione timēt ⁊ viſilr du
bitaret: pōt baptiſm⁹ ſine imerſione ce
lebrari. q2 lʒ ablutio aque ſit de neceſ
ſitate ſacri: mod⁹ tñ ablutiōis p acci
dens ſe hēt ad ſacrm. ſm vō Ric. cuȝ
totū corpus nō poſſet ablui abluēda
eſt pars pncipalioꝛ. vt caput ⁊ maxi
me facies: q2 in ea vigēt ſēſus: vñ cre
do q ſi caput pueri baptizaret añq̄
pars corporis exeat: qd aliquādo fa
ciēdū eſt pter periculū mortis. puer
baptizat⁹ ē. Si vō man⁹ vel pes ablu
atur añq̄ aliqua pars alia appareat:
volūt aliqui dicē q puer baptizat⁹ eſ
ſet: q2 aīa eſt i qualʒ pte corporis to

ta. Coius tñ tenet q de lege coi ñ eſ
ſet baptizat⁹: q2 quis forte diuina pietas
in tali caſu vicē ſuppleat baptiſmi. ⁊
iō ſēper qñ piculū mortis iminʒ ablu
endū eſt illud de puero: qd pōt ablui
ſiue ſit parū ſiue ſit multū. ꝟ Ric. Du
bitatur adhuc a multis an imerſio: ef
fuſio: vel aſpſio debeat eſſe vna vl' tri
na. Et rūdet doct. ſupi⁹ noīati q uni
tas vel multitudo imerſionū nō ē de
ſbā baptiſmi: ſʒ ſolū de bñ eē. iō utrūq̄
licite fieri pōt .ſ. ſemel ⁊ ter imergere
q2 vnica immerſione ſignificat vnitas
mortis xpi: ⁊ vnitas diuinitatis. Per
trinā aūt imerſionē ſignificat triduū
ſepulture xpi: ⁊ etiā trinitas pſonarū.
Sed vt dicit Tho. diuerſis ex cauſis
ſm ordinatōem eccl'ie qñq̄ inſtitut⁹ ē
vnus mod⁹: qñq̄ ali⁹: q2 .n. a principio
naſcētis eccl'ie qdā de trinitate ma
le ſētiebāt: xpm puꝝ hoiem eſtimātes
nec dei filiū dictū ſm veritatē nature
ſʒ tm̄ pter meritū ei⁹. qd pcipue fuit
in morte. iō nō baptizabāt i noīe tri
nitatis: ſed i cōfiguratōe mortis xpi:
⁊ vna imerſione: qd reprobatū fuit i
pmitiua eccl'ia: ſtatutūq̄ vt baptizare
tur i noīe pr̄is. ⁊c. ⁊ tūc imergēdo ſic
pȝ de conſe. di. 4. c. poſtq̄ uos. ⁊ c. ſi
quis eps aut pſbyter. ⁊ c. de trina. ⁊
c. eodē mō: ⁊ c. multi. Poſtmodū ue
ro ioleuit quorūdā hēticoꝝ ⁊ ſciſma
ticoꝝ erroꝛ. q ſm Aug⁹ ſup Job. ma
le ſētiebāt de vnitate diuinitatis. ideo
in deteſtationē erroꝛis eoꝝ fuit ſtatu
tū in cōcilio Tholetano vt vna tātuȝ
fieret imerſio. ſicut hēt de cōſe. di. 4.
c. pter vitādū: ſʒ ceſſāte tali cā coīt
obſeruat in baptiſmo trina imerſio:
vt pōt colligi ex de baptiſmo ⁊ eius

effectu. c. i. ⁊ iō grauit peccaret aliter
baptizās qſi ritū eccl'ie nō obſeruās.
nihilomin⁹ tñ eſſet baptiſm⁹. Occur
rit aūt pter dicta dubitare circa ta
lē caſū. Quidā exiſtēs ſup pōtē ñ po
tens habē aquā ad baptizādū puerū
⁊ veriſilr timēs eū cito moriturū intē
dēs puidere ſaluti pueri: pijcit eū in
aquā cū intētōe baptizādi. pferēs uer
ba: in quibus cōſiſtit debita forma:
poſtea puer euadit aliquo caſu: vtrū
tal' debeat reputari baptizat⁹. Et aliq
bus vr̄ q ſic: q2 ibi ɔcurrūt debita for
ma: debita materia: ⁊ debita intētio.
Ric. aūt. di. 4. q̄rti tenʒ cōtrariū. qm̄
cū prima mā baptiſmi ſit ablutio in
aqua: qd aqua abluit. Primo aqua co
operit in toto uel i parte: poſtea diſ
cooperit. vñ ppt pmū baptiſm⁹ repñ
tat xpi ſepulturā: ⁊ ppt ſecūdū reſur
rectionē: q2 quis aūt puer i caſu predcō
p actū illius: qui ipm piicit i aquā im
mergat: nō tñ ē actus ordinat⁹ ex ſui
natura ad hoc vt puer abluat: ſʒ ad h
vt ſbmergat. Et iō ſi aliq̄ caſu puer
extrahat de aqua puer eſſet baptizā
dus: qm̄ illa imerſio quātū fuit ex ſui
natura nō ordinabat ad eleuatiōem
pueri de aqua: ſed ad ſbmerſionem.
Et circa baptiſmū ɔſiderem⁹ forme
obſeruatōem. Eſt .n. forma baptiſmi
Ego te baptizo. Jn noīe pr̄is ⁊ filij:
⁊ ſpūs ſācti: vt hēt ex de baptiſmo.
c. ii. Et vt dicūt doct. nulli licet muta
re aliquid quantū ad illud qd eſt de
eſſentia forme. ⁊ ſi mutat nihil agitur
⁊ vltra hoc culpa incurrit. Si aūt ali
quid qd pertinet ad formā ex ſola de
terminatōe eccl'ie mutat: nihilomin⁹ ē
ſacrm: ſed culpa icurrit: veꝝ ab aplis

qui baptizabāt. Jn noīe dñi Jeſu: vt
hētur actuū .8. c. nō fuit mutata for
ma quātū ad intellectū. q2 in noīe xpi
tota trinitas intelligit. ſʒ ſolū quātuȝ
ad vocē. nec hoc ipſi potuiſſēt niſi ex
familiari cōcilio .ſ. ſ. Et hoc fuit vt di
cit Tho. vt nomē xpi qd erat odioſū
iudeis ⁊ gētibus honorabile redderet
Nec pōt dari baptiſm⁹ dicēs. Jn no
mine trinitatis nō exprimēdo pſonas
nec in noie vni⁹ pſone nō exprimendo
alias: qm̄ ſacra habēt efficaciā ab in
ſtitutōe xpi: ⁊ ideo ſi pretmittat ali
quid coꝝ que xps iſtituit circa aliqd
ſacrm efficacia carʒ: niſi ex ſpāli diſpē
ſatōe eius qui virtutē ſuā ſacris non
alligauit. Xps aūt inſtituit ſacrm ba
ptiſmi dari cū iuocatōe tritatis: ⁊ iō
qcqd dēit ad iuocatōeȝ plenā tritatis
tollit itegritatē baptiſmi: nec obſtat
q i noie vni⁹ pſōe itelligat alia ſicut i
noie patris intelligit fili⁹: aut q ille q
noiat vnā ſolā pſonā pōt habē rectā
fidē de trib⁹: q2 ad ſacrm ſicut reqrit
materia ſēſibilis: ita ⁊ forma ſēſibilis
vñ nō ſufficit intellect⁹ vel fides trini
tatis ad perfectōem ſacri niſi ſēſibili
bus verbis trinitas exprimat. vñ ⁊ in
baptiſmo xpi vbi fuit origo ſāctifica
tio nr̄i baptiſmi affuit trinitas ſēſibili
bus ſignis .ſ. pater in voce. fili⁹ in hūa
na nā. ⁊ .ſ. ſ. in colūba. Notādū tñ vt
inquit Tho. qñ greci baptizāt. Jn no
mine pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpūs ſācti: tñ dicūt
baptizet ſeruus xpi: ⁊ non ego te ba
ptizo: qd ipſi faciūt ad euitādū āntiquū
erroꝛē qui virtutē baptiſmi baptiſte
attribuebāt. d. Ego ſum Pauli. ego
Cephe. ⁊ nihilomin⁹ q2 in illa forma
exprimit actus. exercitatus p miniſtꝝ

cum inocatiõe plena trinitatis ver
pficif sacr̃m. qm̃ ego nõ ẽ de sba for
me: ſ ponif ad maiorẽ expreſſionẽ in
tẽtõis. nec ſufficit verba corde cogi
tare niſi vocalr̃ exp̃mãf: q2 ut igt̃ Bo
na. In uocali expſſione vboꝝ ſignifi
caf pfecta fidei pfeſſio: que cõſiſtit in
verbo ⁊ in corde. Significaf etiã q2 re
generatio facta eſt p vbũ icarnatum:
qđ optime ſignificaf per vbũ voce in
ductũ. Hinc Aug⁹ ait. i. q. c. detrahe.
Detrahe vbũ. aqua quid erit niſi aq̃?
Accedit verbum ad elementum: ⁊ fit
ſacr̃z: vñ iſta tãta virt⁹ aque vt corp⁹
tãgat: ⁊ cor abluat niſi faciẽte vbo.
Et idẽ Aug⁹. Baptiſm⁹ igt̃ eſt tĩctio
in aq̃ vbo vite ſãctificata. ppt̃ pdcã
vt plenior hẽaf cognitio de forma ba
ptiſmi: ſciẽdũ ẽ ſm̃ Ric. ⁊ Boñ. q2 for
ma põt variari ſex modis. Primo ſb
trahẽdo. Scđo addẽdo. Tertio int̃
ponẽdo. Quarto corrũpẽdo. Quin
to vbũ p vbo ponẽdo. Sexto trãſpo
nẽdo. ¶ Primo variaf formã ſbtra
hẽdo: ⁊ quãtũ ad hoc ſciẽdũ q2 ſi ſb
trahif aliqđ de eſſẽtia forme ñ rema
net virt⁹ baptiſmi. Et q2 tota iſta ps.
In noie pr̃is ⁊ f. ⁊ ſ. ſ. per quã expri
mif pncipalis baptizãs: ⁊ ſãctificatur
elemẽtũ eſt de eſſẽtia forme. iõ ſi de
hoc ſbtrahatur aliquid non remanet
virt⁹ baptiſmi. In alia aũt pte forme
que ẽ. Ego te baptizo: ſũt aliq̃ ptinẽ
tia ad eſſẽtiã forme. ſ. expſſio act⁹ ba
ptizãdi: ⁊ pſone baptizate. eo q2 illam
terminaf baptizãdi act⁹. vñ ſi aliqđ
pdictoꝝ ſbtrahaf nõ remanet vt⁹ ba
ptiſmi. Expſſio aũt miſtri non vr̃ eſſe
de eſſẽtia forme: quã xp̃s tradidit in
baptiſmi iſtitutõe: q2 a miſtro baptiſ

mus nõ hẽt vtutẽ. ¶ Scđo variaf forma
addẽdo. Et ut ait Ric. circa h̃ ɔſide
rãda ſũt duo: vnũ ex pte addẽtiſ. aliđ
ex pte additi. Si. n. addẽs illđ qđ ad
dit itẽdit eẽ de eẽn̂a forme volẽs ba
ptizare in alia forma q̃ baptizaret ec
cleſia tollif vt⁹ baptiſmi ad quã req̃
rif: q2 baptizãs intẽdat facẽ qđ facit
eccl̃ia: ſi etiã illud qđ addif eſt corru
ptiuũ forme nõ remanet virt⁹ baptiſ
mi. vt ſi poſtq̃ dictũ ẽ: ⁊ ſ. ſ. addatur
hi⁹ determiatio creati vel minoris q̃
pr̃ ⁊ fili⁹ ⁊ hi⁹. Si aũt addẽs nõ itẽ
dat mutare ritũ vl̃ formã eccl̃ie. ⁊ illđ
qđ addit nõ ẽ corruptiuũ forme: non
tollif per h̃ vtus baptiſmi. vñ ſi bapti
zãs terminata forma qua vtif eccl̃ia
ſupaddit iſtud: ⁊ beata virgo adiu
uet te: aut aliqđ cõſile. vel ſi i pncipio
forme addat nomẽ ppriũ: poſt h̃ pro
nomẽ ego. v. Ego Johãnes baptizo
te. ⁊c. nõ tollif virt⁹ baptiſmi. ¶ Ter
tio variaf forma iťponẽdo ſeu itrum
pẽdo. ⁊ circa h̃ aduertẽdũ q2 cũ act⁹
baptizãdi ſit act⁹ vni⁹: ſi fiat iterpoſi
tio talis que corrũpat vnitatẽ actus
⁊ maxie ſi corrũpat cõtinuitatẽ iten
tionis baptizãtis nõ remanet virtus
baptiſmi. vñ ſi baptizãs poſtq̃ dixit.
Ego te baptizo in noie pr̃is: iterpõat
vnã lõgã narratõem: vel vadat ad
faciẽdũ aliqđ negociũ: ⁊ poſtea reuer
taf ⁊ dicat. ⁊ f. ⁊ ſ. ſ. nõ ẽ puer bapti
zat⁹. Si aũt iterpoſitio ſit modica: ita
ſ. q2 nõ diſcõtinuet itẽtõez baptizan
tis: neq2 actũ ſm̃ vſũ cõem. ⁊ interpo
ſitũ nõ ſit forme cõruptiuũ: nõ ppt̃ h̃
ipedif virt⁹ baptiſmi. vñ ſi baptizans
poſtq̃ icepit actũ tuſciat: vel dicat ta
ceatis. vel aliqđ ſile: ⁊ poſtea pficiat:

non ppt̃ h̃ ipeditur virtus baptiſmi.
¶ Quarto variaf forma corrũpendo
⁊ tũc ſi corruptio verboꝝ ſit talis q2 ſi
remaneat eadẽ ſignificatio: nec ſm̃ in
ſtitutõem prie ipoſitõis: nec ſm̃ accõ
modationẽ vſus ipedif vt⁹ baptiſmi.
Si aũt ſit talis q2 q̃uis nõ remaneat
ſignificatio ſm̃ iſtitutõem pme ipoſi
tõis: remanet tñ ſm̃ accõmodationez
vſus. Tũc ſi ñ fiat talis corruptio ex
malitia vl̃ deriſione: ſ ex ignorãtia vl̃
defectu ligue: nõ ppt̃ h̃ ipeditur vir
tus baptiſmi. vñ de ɔſe. di. 4. c. retu
lerũt Zacharias papa Bonifacio ep̃o
ita ſcribit. Retulerũt nũtij q2 fuerit i
eadẽ puicia ſacerdos q latinã ligũã
penit⁹ ignorabat. ⁊ dũ baptizaret ne
ſciẽs loqui latie ifrigẽs linguã dicẽt.
Baptizo te i noie pr̃ia: ⁊ filia: ⁊ ſpũs
ſãctia. ⁊ p h̃ tua reuerẽda ſãctitas cõ
ſiderauit eos baptizare: ſ ſãctiſſime fr̃
ſi ille qui baptizauit nõ errorẽ iducẽs
aut heſim: ſ p ſola ignorãtia rõe locu
tõis ifringẽdo liguã. vt ſup̃ diximus
h̃ baptizãs dixiſſet: nõ poſſum⁹ cõſẽti
re vt denuo baptizef. ¶ Quito vari
af forma vbũ p vbo ponẽdo: ⁊ tunc
ſi accipiaf verbũ p ſua mã: que ẽ uox
ponẽ verbũ p verbo nõ ipedit virtu
tẽ baptiſmi: q2 i q̃lz ligua licitũ ẽ ba
ptizař q̃uis male facẽt latin⁹ ñ bapti
zarz i ligua greca l̃ hebrea: niſi ex aliq̃
caſu iperitiã ligue latine icurriſſet: ⁊ i
liguis alijs eſſz perit⁹. Si aũt accipia
tur verbũ p ſua mã ⁊ forma ſimul: ul̃
ſua forma tm̃: cũ forma verbi ſit ſigni
ficatio ponẽ verbũ p verbo exiſtẽti
de eſſẽtia forme: ipedit vtutẽ baptiſ
mi: q2 talis mutatio corrũpit formam.
vñ ſi dicẽf. In noie genitoris. ⁊ geni

ti nõ eſſet baptiſm⁹: eo q2 p nomẽ pr̃iſ
⁊ nomẽ filij ſignificãf ipſe pſone pnci
palr̃. p genitorẽ aũt: ⁊ genitũ ſignifi
cãf actus notõales. ¶ Sexto variaf forma
trãſponẽdo: ⁊ tũc ſi fiat talis trãſpo
ſitio que mutet ſẽſũ orõis: quã hz ex
vi ordis verboꝝ ipedif virt⁹ baptiſ
mi: vt ſi dicaf. Ego pr̃is ⁊ filij bapti
zo te in noie ſpũs ſcti. q2 ex vi iſti⁹ or
dinis verboꝝ ſẽſus ẽ. Ego q ſũ pr̃is ⁊
filij. ⁊c. ⁊ h̃ qđ dico in noie: nõ accipif
niſi reſpectu ſpũs ſãcti. Si aũt trãſpo
ſitio nõ mutat ſignificatõem orõnis:
quã hẽt ex vi ordis verboꝝ. tũc dico
q2 ſi nõ fiat ex malitia: ſ ex ignorãtia
nõ ipedif virt⁹ baptiſmi. Si aũt fiat
ex malitia ipedif ppt̃ defectũ itẽtõis
in baptizãte.

¶ Qualr̃ oẽs tenẽt baptizari de ne
ceſſitate: ⁊ de ptãte baptiſmati. ac de
ɔditõib⁹ q̃ ſeruari debẽt i baptiſmo.

¶ Capl̃m. 2.

Ecũdũ myſteriũ de bap° de
clarãdũ dr̃ obligatõis: i quo
tria adhuc hẽm⁹ nõ imerito
exgrere ⁊ ɔſiderař ad h̃ vt ps iſta di
lucidior appeat. Primo ɔſiderabim⁹
ptãtẽ. Scđo neceſſitatẽ. Tertio qualitatez.
¶ Primo cõſiderem⁹ baptiſmi ptãtez.
qs. ſ. ptãtẽ hẽat baptizãdi. ⁊ circa h̃
gnq2 dubia ſolẽt emergẽ. Primũ utrũ
ad diaconũ ptineat baptizare. Et ar
guũt quidã q2 ſic. Primo q2 ſimul iniũgi
tur a dño offĩm baptizãdi ⁊ pdicãdi
ſz illđ mat. ultio. Eũtes docete. ⁊c. Sz
ad offĩm diaconi ptinz euãgelizař: g ur̃
q2 etiã ad offĩm diaconi ptineat bapti
zare. Scđo arguũt q2 beat⁹ Laurẽ
tius cũ eſſet diacon⁹ plures baptizauit.
Sed contra eſt quod dicit Iſidorus

papa.93.di.c.diacones.vbi ait. Diaco
nes ꝓpriã cõſtitutim⁹ obſeruare mẽſu
rã:nec vltra tenorẽ paternis canoni/
bus ↄputatũ quippiã tẽtare permit
tim⁹:ↄ iſta abſq; epõ vl' pſbytero ba
ptizare nõ audeat.nec pdictis ordib⁹
fortaſſe lõgi⁹ cõſtitutiſ.neceſſitas extre
ma cõpellat:ad idẽ ẽ tex. de cõſe.di.
4.c.cõſtat. Pro ſolutõe q̃ p̃ſtis dubij
rñdet Tho.3.pte.q.67.q̃ ſicut celeſtiũ
ordinũ ꝓprietates ↄ eoꝝ officia ex eo
rũ noĩbus accipiũt:vt dicit Dio⁹ in li.
de cele.hier.ita etiã ex noĩbus eccl'iaſti
coꝝ ordinũ accipi põt quid ad vnũ/
quẽq; pertineat ordinẽ. Dicũtur aũt
diacones quaſi miſtri:q2 ad eos ñ pti
net aliqd ſacrm̃ pncipalit̃: ↄ quaſi ex
ꝓprio officio pbet̃:ſed miſteriũ adhi/
bere alijs maiorib⁹ in ſacroꝝ exhibitõ
ne:ſicut hẽt̃.93.di.in.c.diaconi.in.c.ñ
oportet. ↄ in alio.c.diaconi.ↄ in.c.le/
gim⁹.ↄ in.c.dñs. Quare ad diaconũ
nõ pertinet quaſi ex ꝓprio officio tra
dere ſacrm̃ baptiſmi:ſʒ in collatõe h⁹
ſacramẽti ↄ alioꝝ aſſiſtere ↄ miſtra/
re maiorib⁹. Hinc Jſido⁹.li.2.de offi/
cijs ait. Ad diaconũ pertinʒ aſſiſtere
ↄ miniſtrare maiorib⁹ ſacerdotib⁹ in
oĩbus que agũtur in ſacramẽtis xp̃i i
baptiſmo.ſ.in chriſmate.in patena. ↄ
calice. Ad pmũ q̃ dõ q̃ ad diaconum
ptinet recitare euãgeliũ i eccl'ia:ↄ pdi
care ipſũ.poſtmodũ cathetizãdis. vñ
ↄ Dio⁹ dicit q̃ diaconi habẽt officiũ
ſuper imũdos.iter quos ponit cathe
cuminos:ſed docẽ.i.exponẽ euãgeliũ
ptinet ꝓprie ad epm̃.vñ nõ ſequit̃ q̃
ad diacones ptineat offm̃ baptizãdi.
Beat⁹ vero Laurẽtius baptizauit ne
ceſſitatis cã. Scdm̃ dubiũ eſt vtrũ

baptizare ſit officiũ pſbyteroꝝ. Et rñ/
det Tho.q̃ ſic:eo q̃ ſacerdotes ad h̃
cõſecrãt̃ vt ſacrm̃ corporis xp̃i cõfici/
ant. Jllud aũt ẽ ſacrm̃ eccl'ie vnitatis
Per baptiſmũ aũt aliquis ſit pticeps
eccl'ie vnitatiſ..q2 ianua eſt ↄ fundamẽ
tum alioꝝ ſacramẽtoꝝ:vt dicitur de
cõſe.di.4.c.cũ itaq;.vñ ↄ baptizat⁹ ac
cipit ius accedendi ad menſã domini:
q2 ſine baptiſmo alia ſacramẽta cõfer
ri nõ pñt:vt habet̃.i.q.i.c.ſi qs p igno
rãtiã. Jdeo ſicut ad ſacerdotẽ perti/
net ↄſecrare euchariſtiã:ad qd pncipalr̃
ordinat̃ ſacerdotiũ:ita ad ꝓpriũ offm̃
ſacerdotis ptinet baptizare. Eiuſdẽ
.n.videt̃ eſſe operari totũ ↄ partẽ in
toto diſponere. Et ſi diceret̃ q̃ ſolũ
epõꝝ eſt baptizare:q2 ipſoꝝ ẽ docere
vt dicit Dio⁹ in li. eccl'iaſtice hierar.
Rñdet Tho.q̃ offm̃ docẽdi ↄ bapti/
zandi domin⁹ apl'is iniũxit:quoꝝ vicẽ
gerũt epi.alit̃ tñ ↄ alit̃. Nã offm̃ do/
cẽdi cõmiſit eis xp̃s:vt ipſi per ſe ill'd
exercerẽt tãq̃ principaliſſimũ.vnde ↄ
ipſi apl'i dixerũt actuũ.6. Nõ ẽ equũ
nos derelinquere verbũ dei:ↄ mini/
ſtrare mẽſis. Offm̃ aũt baptizãdi cõ/
miſit apl'is vt per alios exercendũ.
vñ.i.Corin.i.dicit apl's. Non eniʒ mi/
ſit me xp̃s baptizare:ſʒ euãgelizare. ↄ
h̃ ideo q2 in baptizãdo nihil operatur
meritũ. ↄ ſapiẽtie miniſtri:ſicut i do/
cẽdo.nec tñ p h̃ excludit̃ quin epi poſ
ſint baptizare. Nam ↄ apl'us dicit ſe
quoſdã baptizaſſe in epl'a vbi ſupra.
Tertiũ dubiũ vtꝝ layc⁹ poſſit bapti
zare. Et rñdet̃ q̃ ad miſericordiã ei⁹
qui vult oẽs hoĩes ſaluos fieri ptinʒ
vt in his que ſũt de neceſſitate ſalutiſ
hõ de facili remediũ inueniat. Jnt̃ oĩa

autẽ alia ſacr̃a maxime neceſſitatis ẽ
baptiſmus:qui ẽ regeneratio hoĩs in
vitã ſpũalẽ:q2 pueris aliter ſubueniri
nõ põt:ↄ adulti non poſſunt aliter q̃
p bap.ⁿ plenã remiſſionẽ conſequi: ↄ
quãtũ ad culpã. ↄ quãtũ ad penam.
Et iõ ut homo circa remediũ tã ne/
ceſſariũ defectiuũ pati nõ poſſit.inſti
tutũ ẽ vt etiã layc⁹ iminẽte neceſſita/
te baptizare poſſit:vt hẽtur de cõſe.
di.4.c.cõſtat ↄ.c.in neceſſitate. Non
debet tñ laycus facere illa ſacr̃alia ba
ptiſmi que faciũt ſacerdotes:que pti/
nẽt ad ſolẽnitatẽ:nõ aũt ad neceſſita
tẽ baptiſmi. ↄ ideo ſolũ a ſacerdote
fieri debẽt.cui⁹ eſt ſolẽnit̃ celebrare.
Quartũ dubiũ eſt vtrũ mulier poſ
ſit baptizare. Et rñdet Tho.q̃ ſicut nec
laycus debʒ baptizare p̃ñte cl'ico: nec
clericus p̃ñte ſacerdote:ita ↄ femĩa nõ
debet baptizare nõ ſolũ p̃ñte cl'ico vl'
ſacerdote:ſʒ nec etiã p̃ñte viro ſiue ma/
ſculo. Jn neceſſitatis tñ articulo põt
abſq; ſolẽnitate baptizare:vt hẽt̃ de
cõſe.di.4.c.mulier. Quintũ dubiũ ẽ
vtrũ ille qui nõ ẽ baptizat⁹ poſſit ba
ptizare. Rñdet Tho.q̃ p eccl'iam de/
terminatũ ẽ q̃ nõ baptizati ſiue ſint
iudei ſiue pagani poſſunt baptiſmi ſa
crm̃ cõferre.dũmodo in forma eccl'ie
baptizẽt:vt patet de cõſe.di.4.i.c.ro
manus pontifex:ↄ in.c.a quodã. Si
autẽ forma eccl'ie nõ fuerit obſeruata
ſacrm̃ baptiſmi nõ cõfert̃. Et ſic itelli
gẽdũ eſt illud Greg.ſcdi.in.c.quos a
paganis:de cõſe.di.4. Quos a paga
nis baptizatos aſſeruiſti.ſ.eccl'ie for/
ma nõ obſeruata:vt denuo baptizes
in nomĩe trinitatis mãdam⁹. Notan/
dum aũt q̃ ſi talis baptiſm⁹ a pagão

ſiue infideli ſuſcipitur neceſſitate vr/
gẽte debite ſit. Si vero extra articu/
lũ neceſſitatis h̃ fieret: vterq; grauit̃
peccaret.ſ.baptizãs ↄ baptizatus: ↄ
p hoc ĩpediret̃ baptiſmi effectus:licet
non tolleretur ipſũ ſacramẽtum. Et
ſi diceretur quõ ille qui nõ eſt bapti/
zatus cum non ſit miniſter eccl'ie põt
baptizare. Rñdet̃ q̃ ille qui non ẽ ba
ptizatus q̃uis non pertineat ad eccle
ſiam re vel ſacramẽto. poteſt tamen
ad eam pertinere intentione ↄ ſimili/
tudine actus.inquantum.ſ.intẽdit fa
cere quod facit eccleſia. ↄ formã eccl'e
ſeruat in baptizãdo: ↄ ſic operat̃ tm̃
exterius vt miniſter xp̃i:qui interius
baptizãt:vt notat̃ de ↄſe.di.4.c.ſi in
ter bonos:ↄ.c.baptiſm⁹.ↄ.c.cũ bapti
zat. Secũdo conſideremus baptiſ
mi neceſſitatẽ:ↄ circa hoc quinq; ad/
huc dubia ſũt aperiẽda. Primo utꝝ
oẽs teneãtur ad ſuſceptionẽ baptiſ/
mi. Et rñdet q̃ poſt diuulgationẽ in/
ſtitutionis eius oẽs tenẽt̃ baptizari.
vñ Aug⁹.de fide ad Pe.dicit ill'd qd
ſcribit̃.15.q.i.in.c.velis firmiſſime. Fir/
miſſime tene:ↄ nullaten⁹ dubites: ex/
ceptis illis q.p xp̃i noĩe ſuo ſãguĩe ba
ptizãt̃ nullũ hoĩem acceptuꝝ vitã et̃/
nam:qui non hic amabilis ſuis fuerit
per penitentiam fidemq; conuerſus.
ↄ per ſacramentum fidei ↄ peniten/
tie:ideſt per baptiſmum liberatus.
Et Criſoſtimus idem dicit in ſenten/
tia de conſecratione di.4.c.non po/
teſt. Tãte aũt dignitatiſ ẽ bap⁹: q̃ etiã
ſãctificati i vtero debẽt baptizari ut
igt Boñ.i.4.di.6.ↄ h̃ triplici ratiõe
Prima rõ eſt ꝓpter bonũ obediẽtie:
q2 de⁹ p̃cepit ut omnes renaſcantur.

aqua. Scđa ē ꝑpter humilitatē: qa
vnuſqſq; dʒ ſe reputare peccatorē: ⁊
īdigē xp̄i redēptōe. Tertia rō ē ꝑpt
vnitatē: vt ab alijs mēbris xp̄i bo ñ
diſcordet. Tm̄ dubiū vtrū ſine baptiſ
mo poſſet qs ſaluari. Et rūdet Tho.
φ ſacrm̄ baptiſmi duplr̄ pōt alicui de
eſſe. vno mō ⁊ re ⁊ voto. qđ ɔtigit
illis q nec baptizāt nec baptizari vo
lūt: qđ manifeſte ad ɔtēptū ſacri pti
net: quātū ad illos qui hn̄t vſū liberi
arbitrij: ⁊ tales ſalutē ɔſeq ñ poſſūt.
Alio mō pōt ſacrꝫ baptiſmi alicui de
eſſe re ſ nō voto. ſicut cū aliqs deſide
rat baptizari: ſ aliquo caſu pu̇enitur
morte añq̄ baptiſmū ſuſcipiat. tal' at
ſine baptiſmo actuali ſalutē ɔſeq pōt
Vñ Ambro⁹ dic̄ de Valētiniano qui
cathecumin⁹ mortuus fuit: quē rege
neratur⁹ erā amiſi. verū illē gr̄az quā
popoſcit nō amiſit. Et de h' Aug⁹ de
ɔſe. di. 4. in. c. baptiſmi ita ait. Baptiſ
mi vicē aliqñ iplere paſſionē de latro
ne illo cui nō baptizato dictū eſt. Ho
die mecū eris ī paradiſo. Beat⁹ Cipa
nus nō leue argumētū aſſumit: qđ ēt
atq; etiā cōſiderās inuenio nō tm̄ paſſi
onē ꝓ noīe xp̄i id qđ baptiſmo dee
rat poſſe ſupplere: ſ etiā fidē ⁊ ɔuerſio
nē cordis ſi forte ad celebrādū myſte
riū baptiſmi ī āguſtijs tēpoꝝ ſuccur
ri nō pōt. hec ibi. Cui ɔſonat nōbile
dictū Inno. tertij. in. c. ap̄licā: ex̄ de p̄
ſbytero nō baptizato. Propt̄ iſta aūt
magiſter ſētentiaꝝ ceteriq; theologi
diſtiguūt tria baptiſmata. Primū uo
cāt flamīs. ſ. ſpūs ſācti: quo baptizāt
hi qui baptizari vellēt: vt dictū ē ⁊ ñ
poſſūt. Secūdū vocāt baptiſmū flu
minis. i. aque. de quo loquimur. Tertiū

dicūt baptiſmū ſāguis cū quis nō va
lēs baptizari aq̄. patitur ꝓ fide xp̄i ⁊
morit̄ ꝓ cōfeſſione eius: cui ianua celi
aperit̄: vt dr̄ de cōſe. di. 4. c. cathecu
minū. Et ſi obijceret̄ φ nō ē niſi unuꝫ
baptiſma iux̄ illđ ap̄li ephe. 4. Unus
de⁹: vna fides: vnū baptiſma. Rūdet
Tho. φ tria baptiſmata p̄dicta vnuꝫ
dici poſſūt ꝑpt̄ vnitatē ſpūs ſācti: a q̄
habet v̓tutē ⁊ gr̄az: vel poteſt dici φ
vnum eſt baptiſma ſacrm̄. ſ. fluminis
ſeu aque. alia vero duo licet cōferant
ſalutē. tm̄ nō ſūt ſacrm̄ vt dicit Boñ.
in quarto di. 4. Tertiū dubiū vtrū
baptiſmus ſit differēdus vl' accelerā
dus. Et rūdet Tho. φ circa hoc ē di
ſtinguēdū de baptizādis. Nā aut ſūt
pueri aut adulti: ſi ſūt pueri nō eſt diſ
ferendum baptiſmꝰ. Primo quidē φ
non expectatur in eis maior iſtructio
aut plenior cōuerſio. Secūdo ꝑpter
periculū mortis: φ eis nō pōt alio re
medio ſbueniri niſi per ſacrm̄ baptiſ
mi: quib⁹ bap⁹ ꝓdeſt ꝑpter fidē offe
rētiū ⁊ eccl'ie. dicit Aug⁹ de ɔſe. di. 4.
c. illud perſcrutari. Et Iſido⁹ ibidē.
in. c. paruuli. Si autem argueretur
φ actus actiuorum ſunt in patiente ⁊
diſpoſito ſecundum Ariſtotelē in. 2°.
de anima. Sed in paruulis nulla pre
ceſſit diſpoſitio ad ſuſceptionem effe
ctus baptiſmi. Ergo baptiſmus non
poteſt cauſare ſuum effectum in par
uulis: Reſpondet Ricar. φ illa pro
poſitio debet intelligi de actiuo limi
tate virtutis. Deus autem a quo ſūt
principaliter effectus baptiſmi agēs ē
īfinite virtutiſ. minor etiā argumenti
realiter intellecta falſa eſt: quia fides
eccl'ie aliquo modo ad ſuſceptionem

baptiſmi diſponit. q̄re pueri φ̄ citius
ɔmode fieri pōt ſūt baptizādi. Si v̓o
de adultis loquimur: qb⁹ ſbueniri po
teſt per baptiſmi deſideriū: vt ſuꝑ di
ctū eſt: tūc eis. vt ait Tho. nō ſtati cuꝫ
ɔuertūt̄ eſt ſacrm̄ baptiſmi cōferēdū
ſ opꝫ differre vſq; ad aliqđ certū tē
pus. Primo qdē ꝑpt̄ cautelā eccl'ie:
ne decipiat̄ cōferēs ſacrm̄ a credētib⁹
ficte. vñ de cōſe. di. 4. in. c. iudei dicit̄.
Judei quoꝝ ꝑfidia frequēter ad vo
mitū redijt. ſi ad leges catholicas ve
nire voluerit: octo mēſes īt̄ cathecu
minos eccl'ie limē ītroeāt: ⁊ pura fide
venire noſcūt̄: tūc d̓mū baptiſmi gra
tiā mereāt̄. Scđa rō dilatōis ē vtili
tas eoꝝ q baptizāt̄: qui aliq̄ tp̄is ſpa
tio idigēt ad hoc φ plene īſtruāt̄ de
fide: ⁊ exercitēt̄ ī his q̄ ꝑtinēt ad xp̄ia
nā vitā. Tertia rō ē ſacri reuerentia:
ob quā āt̄iqt⁹ adl'ti baptizabāt̄ ī dua
bus p̄cipuis ſolennitatib⁹. paſca. ſ. ⁊
pēt̄ vt hēt̄ de ɔſe. di. 4. c. de cathe
cumis. ⁊. c. duo tp̄a. ⁊. c. venerabilis.
pōt tm̄ omitti dilatio p̄dicta: aut ꝑpt̄
neceſſitatē: puta cū aliqs baptizari cu
piēs eſſet ī articulo mortis ꝑſecutōis
⁊ naufragij. vt exp̄ſſe hēt̄ de ɔſe. di.
4. in. c. hi qui. Aut qñ illi qui ſūt ba
ptizādi apparēt ꝑfecte īſtructi ī fide
⁊ ad baptiſmū idonei. ſicut Philipp⁹
ap̄l's ſtati baptizauit Eunuchū. vt hr̄
act. 8. c. ⁊ Petr⁹ Corneliū: ⁊ eos q cuꝫ
ipo erāt act. xi. Quartū dubiū vtꝝ
peccatores ad baptiſmū accedentes
teneāt̄ ſua peccata ɔfiteri. Rūdꝫ Tho
φ duplex ē peccatoꝝ ɔfeſſio. vna que
fit interi⁹ deo: ⁊ hec requirit̄ añ bap⁹
vt. ſ. homo peccata ſua recogitās de
eis doleat. Nō. n. pōt ichoare nouaꝫ

vitam: niſi eū peniteat veteris vite: ut
Aug⁹ dicit in li. de penitētia. Alia v̓o
eſt cōfeſſio peccatorū exterior: que fit
ſacerdoti. ⁊ talis cōfeſſio nō requirit̄
añ baptiſmū. Primo quidem φ talis
confeſſio cum reſpiciat perſonā mini
ſtri pertinet ad penitentie ſacrm̄: qđ
non requiritur ante baptiſmum: φ ē
ianua oium ſacramentorū. Secundo
φ confeſſio exterior: que fit ſacerdoti
ordinatur ad hoc φ ſacerdos confitē
tem abſoluat a peccatiſ. ⁊ ligꝫ ad ope
ra ſatiſfactoria: que baptizandis non
ſunt imponenda ſm̄ illud Ambro. in
glo. Ro. xi. Gratia dei in baptiſmo
non requirit gemitum neq; planctū:
vel etiam opus aliqđ: ſ ſolā fidē. ⁊
oīa gratis cōdonat: que v̓ba nōnt̄ de
cōſe. di. 4. in. c. ſine penitētia. Bapti
zādi etiā nō indigēt remiſſione peccato
rū per claues eccleſie: quibus omnia
remittuntur per baptiſmū. Sufficit g̊
his qui baptizāt̄ confeſſio generalis:
quam faciūt ſm̄ ritū eccleſie abrenun
tiātes ſatane: ⁊ oībus operib⁹ eius.
Si tm̄ ex ſua deuotōe vellēt confiteri
audiēdi ſūt. non ad hoc φ ſatiſfactio
eis iponat̄: ſ ut ɔtra peccata cōſueta
eis ſpūalis vite īformatio tradatur.
Qm̄ dubiū vtrū pueri iudeoꝝ ⁊ infide
liū ſint iuitiſ parētibus baptizādi. Et
rūdet̄ ſm̄ ſentētiā Ric. di. 4. ⁊ Tho.
22. q. 10. ⁊. 3. pte. q. 68. φ filij īfideliū
aut habent vſū ratōis ⁊ ānos diſcre
tionis: aut nō. ſi ſic quoniaꝫ quantum
ad ea que ſūt iuris diuini vel natural'
incipiūt ſue ptātis eſſe: iō ꝓpria volū
tate iuitis parentibus baptizari poſ
ſunt. Si vero nondum habent vſum
liberi arbitrij: baptizari nōn debent:

q̄m nūq̄ h̄ fecit eccl'a. ⁊ h̄ duplici rōe vna quidē ē ꝓpt̄ ꝑiculū fidei. ſi. n. pueri nōdū vſū rōis h̄ntes baptiſmū ſuſciperēt: poſtmodū cū ad ꝑfectā' etatē ꝑuenirēt: de facili poſſet a parētibus induci vt relinquerēt q̄d ignorāter ſuſceperūt: q̄d vergeret in fidei detrimētū. Alia rō eſt q̄ repugnat iuſticie nālī. Fili⁹. n. ē aliquid patris: ⁊ ꝓ q̄dem a parētib⁹ nō diſtiguit̄ ſm corpus q̄diu ī mr̄is vtero ɔtinet̄. Poſtmodū v̄o poſtq̄ a mr̄is vt̄o egredit̄ añq̄ h̄eat vſū liberi arbitrij cōtietur ſub parentum cura: ſicut ſub quodaꝫ ſpirituali vtero. q̄diu enim vſuꝫ rōis nō hꝫ puer: ñ differt ab aīali irratōali vñ ſic̄ bos vl' equ⁹ alic⁹ ē: vt vtatꝰ eo cū voluerit ſic̄ ꝓpo iſtrō ſꝫ iura cilia. ita de iure nālī eſt q̄ fili⁹ añq̄ h̄eat vſuꝫ rōis ſit ſub cura p̄ris. q̄re īuitis parētib⁹ ñ dꝫ filijs baptiſma dari. Ipi etiā īfideles adl'ti nullo mō coacti ſūt baptizādi: vt dr̄. 45. di. c. de iudeis: q̄ ut ibi h̄et̄ tales nō ſūt īuiti ſaluādi: ſꝫ uolētes. vt ītegra ſit forma iuſtitie. Sic enī ꝓprij arbitrij volūtate hō ſerpēti obediēs perijt: ſic vocāte ſe grā dei ꝓpria mētis cōuerſione q̄ſq̄ credendo ſaluat̄. Rńdū tñ ſꝫ Ric. ſequēdo ſentētiā Inno. tertij in. c. maiores: ex̄ de baptiſmo ⁊ eius effectu: q̄ aliq̄s pōt cogi ad baptiſmū ſuſcipiēdū duplici coactōe. Pria eſt coactō abſoluta: qñ quis baptizet̄ inuit⁹ ⁊ penit⁹ cōtradicēs: qui lꝫ abluat̄ exterius ⁊ baptizet̄ ſꝫ debitā formā: tñ nec rē nec caracterē ſuſcipit ſacri. Scđa eſt coactio conditionalis: q̄ñ quis terrorib⁹ atq̄ ſupplicijs violet̄ attrahit̄: ⁊ ne detrimētū īcurrat baptiſmi ſuſcipit ſacr̄m: tal'

ſic̄ ⁊ is qui ficte ad baptiſmū accedit caracterē ſuſcipit xp̄ianitatis ipreſſū: ⁊ ipſe tāq̄ cōditōalit̄ volēs: licꝫ abſolute nō velit cogēdus ē ad obſeruātiā fidei xp̄iane. Tertio cōſiderem⁹ baptiſmi q̄litatē. Dꝫ nāq̄ baptiſm⁹ ɔferri qñ a miniſtris eccl'e dat̄ cū q̄nq̄ cōditōib⁹. Prima dr̄ vnitatis. Scđa ſimultatis. Tertia modalitatis. Quarta ꝑſonitatis. Quita ſacralis ſolēnitatis. Prima ɔditio q̄ obſeruari debꝫ in baptiſmo dr̄ vnitas. nā vn⁹ dꝫ baptizare ⁊ nō ples: q̄m ſi plures baptizarēt: aut dicerēt. nos te baptizam⁹. ⁊ h̄ nō eſſet cōueniēs: q̄m hō nō baptizat niſi vt miniſter xp̄i: ⁊ vicē ei⁹ gerēs. Vñ vn⁹ ē xp̄s. ita opꝫ vnū eſſe miſtꝝ: qui xp̄m repñtet: ⁊ iō cōtraria ītētio uidet̄ excludere baptiſmi ſacrꝫ. Aut plures baptizarēt vnuſq̄ſq̄ dicēt. ego te baptizo. ⁊ ſic q̄libet exp̄mēt ſuā ītētōnē: q̄ ipſe ſingulariter baptiſmū ɔferret: ⁊ tūc manifeſtū eſt q̄ ille qui ꝑus v̄ba ꝓferret daret baptiſmi ſacr̄m. Alius v̄o quātūcūq̄ ius baptizandi h̄ēret ſi v̄ba ꝓnūciare p̄ſumēt: eſſꝫ puniēdus tāq̄ rebaptizator. Si aūt oēs ſimul v̄ba ꝓferrēt: aut hoīem īmergerent: vel aſpergerēt eſſēt puniēdi de īordinato mō baptizādi. ⁊ ñ de ītatōne baptiſmi: q̄ q̄lꝫ q̄tū ī ſe baptizarꝫ: nec tradēt aliud ⁊ aliud ſacr̄m: ſꝫ xp̄s q̄ eſt un⁹ īteri⁹ baptizās vnū ſacr̄m ꝑ oēs ɔferret. Si aūt quereret̄ an poſſit vn⁹ ꝑ'les ſil' baptizare dō q̄ in caſu neceſſitatis ſic ſꝫ hac forma. Ego uos baptizo. ⁊c̄. nec ꝑ h̄ diuerſificaret̄ forma eccl'ie: q̄ plurale nō ē niſi ſinglare geminatū: ꝓferti cū pluraliter dicatur Mat. vltio. baptizātes eos: ⁊c̄. Sꝫ tho

Secūda cōditio que ī baptiſmo cōferēdo req̄rit̄ dr̄ ſimultas. vt. ſ. ſimul ſint verba ꝓlata cū ipſa ablutōe. Dic̄ tñ Ric. di. 3. q̄rti q̄ verba ⁊ ablutōeꝫ ſimul eſſe pōt ītelligi triplicit̄: aut ꝑ realē exiſtētiā vni⁹ in alio. aut ꝑ eorꝫ coexiſtētiā in ītētōe: aut ī tēpore. Simultas ſm modū primū nō requirit̄ q̄ nec poſſibilis eſt: eo q̄ verba nō ſūt nata eſſe in ablutōe: nec ecōuerſo. Simultas modo ſcđo requirit̄ de neceſſitate explicite: inquātū neceſſariū eſt q̄ abluās ⁊ v̄ba ꝓferēs intēdat circa baptizādū facere q̄d facit eccl'a. Simultas autē tertio mō aliquo mō req̄rit̄ de neceſſitate: ⁊ aliquo mō non. Neceſſariū. n. ē q̄ baptizās ſic abluat ⁊ verba ꝓferat: q̄ ſm coēm vſum illa duo videat̄ ꝑtiere ad actū vnū: q̄d nō eſſet verꝫ ſi in mane ablueret: ⁊ in ſero verba ꝓferret: vel ecōuerſo: nō ē tñ neceſſariū q̄ ſimul punctualr̄ vtrūq̄ incipiat ⁊ terminet. ſꝫ ſufficit q̄ ꝓlatio verborꝫ īcipiat̄ anteq̄ ablutio terminetur: vel ecōuerſo. Debꝫ tñ baptizās illa facere ſimul: quātomagis pōt bono modo. Tertia cōditio que ī baptiſmo ē ſeruāda dr̄ modalitas. Naꝫ vt inquit Ric. ⁊ Boñ. Sacerdos debet puerꝫ tenere ꝑ latera: ⁊ verſa faciē ad aquā dꝫ īmergere. Quare aūt faciē magis ad aquā: ⁊ nō ad celū baptizādus tenet debet eſſe ī ſignū humilitatis ⁊ reuerētie. Quarta ɔditio: que ī baptiſmo ſeruāda eſt dicit̄ ꝑſonitatis debet nāq̄ aliquis adeſſe: q̄ baptiſmū leuet de ſacro fōte: vt Dio. dicit. in li. de eccle. hierar. Ratio ē ſm Tho. q̄ ſpūalis regeneratio: que fit ꝑ baptiſmū aſſimilatur quodammodo

generationi carnali. vñ dicitur prime Petri. 2. Sicut modo geniti īfantes ratōabiles: ſine dolo lac cōcupiſcite. In generatōe aūt carnali paruul⁹ nuper natus indiget nutrice ⁊ pedagogo. vnde etiā ī ſpūali generatione baptiſmi requirit̄ aliq̄s qui fūgatur uice nutricis ⁊ pedagogi. inſtruēdo euꝫ: q̄ eſt nouitius in fide: de his que ꝑtinēt ad vitā xp̄ianā: ad quod ꝓlati vacare nō poſſunt circa oēm curā populi occupati. ⁊ debet eſſe vnus qui leuat de ſacro fōte: vt dicit̄ de cōſe. di. 4. c. nō plures. Si tamen plures eſſent cū oībus cōtrahitur cognatio ſpūalis: vt h̄et̄ ex̄ de cognatōe ſpūali. c. q̄uis li. 6. ⁊ qui leuat etiā. debet eſſe ſecularis. nō religioſus. aut monachus: vt dicit̄ de cōſe. di. 4. c. nō licet. ⁊ c. mōachi. dꝫ etiā eſſe fidelis nō infidelis: vt patꝫ de cōſe. di. 4. c. ī baptiſmate. Rō eſt ſm Tho. quia infidelis nō eſt mēbrū eccl'e: cui⁹ ꝑſonā gerit tenēs ad ſacrāmēta. Et ſi de facto ſiū in neceſſitate leuat vl' tenꝫ. ſeu baptizat: non cōtrahit aliquā cognationē ſpūalē: q̄ autē leuat de ſacro fonte aliquē: ei⁹ pr̄. ſpiritualis dr̄. vt patꝫ. 30. q. i. c. ad limina. i. ꝑ filia. ⁊ in. c. oēs. ⁊. 3. q. 3. c. ita: vbi dr̄. Ita diligē debꝫ hō eum qui ſe ſuſcepit de ſacro fōte ſicut patrē. ⁊ de cōſe. di. 4. in. c. vos añ oīa. de hoc Aug⁹ ita loquit̄. Uos añ oīa tā viros q̄ mulieres: qui filios in baptiſmo ſuſcepiſtis moneo vt uos cognoſcatis fideiuſſores apud deū extitiſſe pro illis q̄s viſi eſtis de ſacro fonte ſuſcipē. iō eos ſp admōete vt caſtitatē cuſtodiāt: iuſtitiā diligāt: cāitatē teāant. dic̄ tñ tho. q̄ p̄res ſpūal's modēno tp̄e ad

ħ nõ ita ſtricte obligãt: q2 vtplurimũ
hi qui baptizãt parẽtes habẽt xp̃ia/
nos: de quib⁹ preſumẽdũ ẽ q̧ ſuos fi
lios diligẽt iſtruãt. Si tñ quocunq3
mõ ſentirẽt cõtrariũ tenẽtur ſ3 ſuum
modũ ſaluti ſpũaliũ filioꝝ curã ipẽdẽ
ſ nõ licet effari quot mala: quot frau
des: quotue lenocinia ſub noĩe cõpa/
ternitatis ⁊ cõmaternitatꝫ fiãt: taceo
illa ne ſcãdalizẽt hi qui deũ timentes
dũ cõpatres fiũt ſacrm̃ baptiſmi fide
lit̃ reuerẽt: vnuſqſq3 iudicet ſe ipſũ ⁊
videat ſi quis ille ẽ q cõpaternitatis
iura fidẽq3 polluat: ⁊ q̃gue nefãdũq3
ſcelus ↄmittat. ¶ Quinta cõditio q̃
in baptiſmo ſeruari deb3 dr̃ ſacramẽ
taliũ ſolẽnitas. Nã vt inquit Tho. l3
ſacr̃alia nõ ſint de ſb̃a ſacri. ſũt tñ ad
bñ eſſe ad excitãdũ deuotõe3 fideliũ3:
⁊ reuerentiã ad ſacr̃3. ſ3 v̊o Boñ. di.
.6.4. Ordo eoꝝ q̃ ſũt ad ſolẽnitate3
ſacr̃i baptiſmi ſ3 coẽm eccl̃ie ↄſuetudi
nẽ hic ẽ. Prĩo exſufflat: ⁊ ħ fit vt v̊t⁹
diaboli exterioꝛ expellat ⁊ iterioꝛ ex
pellẽda ſignificetur: ſic p3 ex dicto Ra
bani de inſtitutõe cl̃icoꝝ. ⁊ Aug⁹. i li.
de ſymbolo: de ↄſe. di. 4. c. poſtq̃. ⁊
.c. ſicut noſtis. Secundo ſignũ crucis
fit in pectoꝛe ⁊ in frõte: vt demõ co/
gnoſcat ſe pellẽdũ tã i occulto cordiſ
q̃ i apto cõfeſſionis. Raban⁹ aũt vbi
ſupra: ⁊ i. c. poſtea dic̃. Poſtea ſigna
tur baptizãd⁹ ſignaculo ſãcte crucis:
tã in frõte q̃ in corde: ut ab eo tẽpoꝛe
apoſtata diabol⁹ i ſuo vaſe p̃ſtio ſue
iterẽptõis cognoſcẽs ſignaculũ iã ſi/
bi deiceps ill'd ſciat eẽ alienũ. ¶ 3°. ſal i
oꝛe ponit̃. vt ſeqt̃ Raban⁹ i. c. exhinc.
vt p ſal typicũ ſapie ſale ↄdit⁹ fetoꝛe
careat iniqtatꝫ. ne a v̊mib⁹ peccatoꝛu3
vltra putrefiat: ſ magꝫ illeſus ſeruet̃
ad maioꝛẽ gr̃am pcipiẽdã. ſignificat
ẽ ſal q̧ p baptiſmũ ſapie ſapoꝛ p̃pa/
rat̃: ⁊ fetoꝛ fomitis reſtrigit̃. 4°. fit li
nitio auriũ ⁊ nariũ cũ ſputo. ⁊ de hoc
dic̃ Raban⁹ vbi ſup̃ in. c. poſtea. Po/
ſtea tãgũt̃ ei nares ⁊ aures ſaliua: ⁊
dr̃ verbũ euãgelicũ qđ Jeſus qñ ſur/
dũ ⁊ mutũ ſanauit tãgẽs cũ ſputo li/
guã eius: ⁊ mittẽs digitos i auriculã
ei⁹ dixit. Effeta: qđ ẽ adapire. ħ. n. ſa/
crm̃ hic agit̃ vt p ſaliuã typicã: ⁊ ſa/
cerdotis tactũ ſapia ⁊ v̊t⁹ diuina ſa/
lutẽ eiuſdem cathecumini operet̃: vt
aperiant̃ ei nares ad accipiẽdũ odo/
rẽ notitie dei: vt aperiãt̃ ei aures ad
audiẽdũ mãdata dei. Quito fit iun/
ctio in pectoꝛe ⁊ ſpatulis: vt ſignifice
tur gr̃a vnctõis ad deũ amãdũ: ⁊ ad
bona opa faciẽdũ: de quo etꝫ loqtur
Raban⁹ in. c. deinde. Sexto poſt ba/
ptiſmũ fit inunctio chriſmatꝫ i v̊tice:
vt dicit ibidẽ Rabanus in. c. poſtq̃ vt
xp̃i regni baptizat⁹ particeps fiat: ut
a xp̃o xp̃ian⁹ vocari poſſit: ⁊ talis vn
ctio fiat a capite: q2 vt iquit Ambꝛo⁹
in li. de ſacramẽtis. Sapiẽtis ſẽſus in
capite ei⁹. p caput ẽ ſm̃ Boñ. aĩa deſi
gnat̃: que per baptiſmũ iputribil' red
dit̃ ad cõtẽplãdũ eterna. Chꝛiſma. n.
cõfectũ eſt ex oleo lucẽte ⁊ balſamo
cõſeruãte. Septimo baptizatus ve/
ſtitur veſtimẽto cãdido: de quo Ra/
ban⁹ in. c. poſt baptiſmũ inquit. p⁹ ba/
ptiſmũ tradit̃ xp̃iano veſtis cãdida:
que ſignificat inocẽtiã ⁊ puritatẽ xp̃i
anã: quã poſt ablutas veteres macu
las ſtudio ſãcte ↄuerſatõis imaclatã
ſuare deb3 ad repñtãdũ añ tribunal
xp̃i. Ambꝛo⁹ v̊o in. c. accepiſti ſic ait.
Accepiſti poſt baptiſmũ veſtimĩta cã
dida: vt eẽt idiciũ q̧ exuerꝭ volũtatẽ
peccatoꝝ. ⁊ idueris inocẽtie caſte ue
lamĩa. Neq3 ꝓpt̃ea tenẽ⁹ ut ait Tho.
q̧ nõ liceat xp̃ianis alijs veſtib⁹ vti:
qm̃ ueſtꝫ illa: ut dictũ ẽ dat̃ ꝓ tc̃ i my
ſterio ſpiritualis ſignificatõis. Ultio
ponit̃ cereus in manib⁹ ut ſit lucerna
pedibus eius verbũ diñ ⁊ lumẽ ſemi/
tis ei⁹. Debẽt ẽ cũ neceſſitas nõ cõtra
dicit ſacr̃a p̃dicta deuote celebꝛari cũ
aliquis baptizat̃: quoꝝ etꝫ. nõ imemo
res eſſe debent hi qui ſunt baptizati.
Recoꝛdare o anima xp̃iana qualiter
in ſacro fonte diabolo abꝛenũtiãs Je
ſu xp̃i membꝛũ effecta es. Recoꝛdare
queẽadmodũ i baptiſmo gr̃a tibi ↄceſ
ſa eſt: vt ſm̃ virtutem ⁊ voluntatem
dei viuere poſſes. Recoꝛdare inſuper
quomodo in baptiſmo viam ingreſſa
es eterne ſalutis. Noli o infelix pecca
trix tãtoꝛum beneficioꝝ oblita diabo
lo coicare. Noli opera bona negligẽ.
Noli viam paradiſi deſerere: ſed cur
re poſt xp̃m in odoꝛẽ vnguẽtoꝝ illi⁹:
cuius nomẽ eſt oleũ effuſũ. a quo xp̃o
xp̃iani dicũt̃. vt dr̃ c̃x de ſacra vnctõ
ne. c. cũ veniſſet.

¶ Q̧ per baptiſmum deletur culpa:
remittitur pena: ⁊ confertur gr̃a.

Capitulum. 3.

Tertiũ myſteriũ declarãdum
de baptiſmo dicitur fructifi
catio: in quo de fructibus ſi
ue effectibus baptiſmi lib3 dicere. Et
notari poſſunt tres pꝛincipales effe/
ctus. ¶ Pꝛimus dicitur deletio culpe.
¶ Secundus remiſſio pene ¶ Tertius
collatio gratie. ¶ Pꝛimus effect⁹ ba/
ptiſmi dicitur deletio culpe. Per ipm̃
eteni deletur omnis culpa tã oꝛiginal'
q̃ actualis. vt docet magiſter ſen. in
.4. di. 4. Et de hoc dic̃ Aug⁹. de cõſe
di. 4. i. c. a puulo. A puulo recẽter na
to vſq3 ad decrepitum ſenem. ſicut nl'
lus pꝛohibendus eſt a baptiſmo: ita
nullus eſt qui non peccato moꝛiatur
in baptiſmo: ſed paruuli tantũ oꝛigi/
nali. maioꝛes autem omnibus etiam
moꝛiuntur peccatis que male viuẽdo
addiderunt oꝛiginali. Et idem Aug⁹
in. c. ut oſtenderet ait. Nullo excepto
dictum eſt. ſ. ab Apl'o. Quicunq3 ba
ptizati ſumus in xp̃o: in moꝛte ipſius
baptizati ſumus. Et ideo dictũ eſt vt
ꝓbar3 nos moꝛtuos eſſe peccato. Et
glo. ſuper illud Exo. 14. Unus ex eis
non remãſit inquit: omnia peccata ab
lata ſunt in baptiſmo: potẽtia diabo
lica ẽ ſubmerſa. Dicit ẽ domin⁹ Boñ.
q̧ in baptiſmo omnis culpa deletur:
⁊ reſtituit̃ homo in pꝛiſtinã inocẽtiã
quãtum ad animam. Si autem que/
ratur rõ h⁹ dicit q̧ eſt diuina liberali
tas: q̃ tãtã huic ſacr̃o ↄtulit efficaciã.
S3 poſſet aliqs arguẽ ſic. Diuerſoꝝ
moꝛboꝝ diuerſe ſũt medicie. ẽ cũ cl'pe
ſint diuerſe: ñ tm̃ ſpecie: ſ gñe: vtpote
oꝛiginalis: ⁊ actualis: ⁊ venial': ⁊ moꝛ
talis. ẽ ad hoc q̧ curẽtur neceſſe ẽ q̧
diuerſe adhibeantur ſpirituales me/
dicine. Reſpondet Boñ. q̧ remedium
poteſt moꝛbum reſpicere dupliciter.
aut q2 p̃ncipaliter ſit ad hoc: aut quia
hoc curat tanq̃ ãnexũ. Scđm ẽ q̧ di
uerſi ſunt moꝛbi ſpirituales: diuerſe
ſunt etiam medicine ſacramẽtales p̃n
cipaliter ad illos oꝛdinate. Si autem
moꝛbus habeat aliũ moꝛbũ cõiũctũ:
⁊ medicina ꝑfectam habeat uirtutem

curãdi nõ tãtũ curat ꝑncipalẽ:ſ etiã
ãnexã: ⁊ ſic facit baptiſm⁹. ¶ Scd̃s
baptiſmi effectus ẽ remiſſio pene. Re
mittit ſiquidẽ baptizato oĩs pẽa pec
cato debita. vnde Aug⁹ in li. de bap°
paruuloꝝ: ⁊ hẽt de cõſe. di. 4. in. c. p
baptiſmum inquit. Quicquid ab ho
mine dictum factũ ⁊ cogitatũ eſt: to
tum aboletur: ⁊ quaſi non factũ hẽt
Et glo. ſuper illo vbo pſal. quoꝝ te
cta ſũt peccata: dicit. Ita ſũt tecta pec
cata in baptiſmo: q deus ea nõ vult
punire. Si aũt diceretur q hoc n̄ vr̄
cõſonũ eo q Anſel. i li. cur de homo.
ait. Si peccatũ nõ punit inordinatũ
dimittit. ⁊ deus nihil inordinatũ reli
quit. Rndet Ric. q xp̃s per paſſionẽ
ſuã ſufficienter exoluit penã peccatis
debitã: que in baptiſmo remittuntur
Sed adhuc nõnulli arguũt oſtenden
tes q per baptiſmũ non remittat oĩs
pena. ¶ Primo qꝛ vt habetur de cõſe.
di. 4. in. c. ne q abſit. iudeis veniẽtib⁹
ad baptiſmũ indicenda eſt penitentia
⁊ abſtinẽtia. 40. dieruz. Secundo qꝛ
videmus paruulos baptizatos q nul
lum peccatum cõmiſerũt poſt baptiſ
mum multis penalitatibus ſbiacere.
⁊ cõſtat q non iniuſte. g̊ baptiſmus
nõ remouet omnẽ penã. Inquit enim
Aug⁹. 13. de trinitate. c. 16. Omnia hu
ius ſeculi mala: dolores: laboreſq; ho
minũ veniunt de peccatorum: ⁊ maxi
me dei peccati originalis mẽitis. Ter
tio arguũt qꝛ baptizatus ante xp̃i paſ
ſionem adhuc paradiſũ nõ intrabat:
ſed clauſura illa erat pena peccati. g̊
per baptiſmum nõ remittit illa pena.
¶ Ad primũ reſpõdz Ric. q illa penitẽ
tia non indicitur iudeis propter ſacri
efficaciam. ſʒ propt̃ eius reuerentiã: ⁊
iudeorum r̃cipiẽtiũ baptiſmũ ꝓbatõ
nẽ. vñ eis non ĩdicebat poſt ſuſceptiõ
neʒ baptiſmi: ſʒ añ. ⁊ q̃uis ſic obſerua
retur quõdam. tamẽ modo non opʒ
obſeruari: ſʒ quod innuit glo. in preal
legato. c. ne abſit. niſi eſſet contraria
conſuetudo. Ad ſcõm reſpondʒ Boñ.
dicẽs q diſtinguẽdum eſt de penis.
Quedam. n. ſunt pene eťnales: ⁊ que
dam tẽporales: ab omni eternali ab
ſoluit baptiſm⁹ delẽdo oẽm culpam.
de pẽis autẽ tẽporalibus adhuc eſt
diſtinguẽdum: qꝛ quedam contrahũt
vt fames ſitis: paſſioneſq; contempo
ranee vite. Quedã ĩponuntur ⁊ aſſu
munt: vt ieiunia corporalia ⁊ ſpũalia
exẽcitia: ⁊ laborioſa opa. baptiſm⁹ g̊
vt dictum ẽ abſoluit ab omni pẽa et
nali: ⁊ ab oĩ pena tẽporali ſatiſfacto
ria ſiũ aſſumpta: non autẽ ab omni cõ
tracta: vtpote a fame ſiti ⁊ ceteris ſi
milibus. rõ autẽ ẽ: qꝛ ad hoc ipſũ non
ordinauit. ⁊ ratio quare non ordina
uit ẽ: qꝛ cõgruum fuit q huiuſmodi
pẽalitates in nobis ꝓpt̃ tria reliquẽt
¶ Primo ꝓpt̃ manifeſtadam equitateʒ
diui iudicij. vt illa ſẽtẽtia quã dicta
uerat de morte Ade ⁊ poſteroꝝ ei⁹
immobilis ꝑmanẽt: vñ ab illa nemo
euadit. ¶ Scd̃a rõ fuit ad oſtẽdẽdũ fru
ctum paſſionis xp̃i: a qua virtutũ ſa
crm̃ hʒ: vt pẽas r̃mittat pſõales n̄ nã
les: qꝛ remediũ reſpicit pſonã n̄ natu
rã. ¶ Tertia rõ fuit ꝓpt̃ hominẽ adiu
uãdũ. p huiuſmõi eteni pẽalitates ad
iuuatur homo: vt ſpũalit̃ viuat: ⁊ pu
gnãs coronetur. Tho. vo. q. 69. tertie
partis dicit: q baptiſmus habet vir
tutem auferendi penalitates preſẽtis
vite. nõ tñ eas aufert ĩ pñti vita: qd
fit tñ vt baptizati cõformẽt xp̃o: qui
lʒ a ꝑncipio ſue cõceptõis fuerit plen⁹
gr̃a ⁊ v̊itate. habuit tñ corp⁹ paſſibi
le: quod p paſſionẽ ⁊ mortẽ eſt ad ui
tã glioſã reſuſcitatũ: ita ⁊ xp̃ian⁹ ĩ ba
ptiſmo gr̃am ꝯſeqt̃ quãtũ ad aĩaʒ: hʒ
tũ corpus paſſibile: in quo primo poſ
ſit pati: ſed tãdẽ reſuſcitabit ad ĩpaſ
ſibilẽ vitã. vñ ⁊ apl̃s Ro. 8. ait. Qui
ſuſcitauit Ieſũ xp̃m a mortuis viuifi
cabit ⁊ mortalia corpora nr̃a p inha
bitãtẽ ſpũm ei⁹ in nobis. Penalitates
g̊ virtute baptiſmi auferent a iuſtis ĩ
reſurrectõe quãdo mortale corp⁹ h̊
ĩduet ĩcorruptõeʒ ⁊ ĩmortalitatẽ. Ad
tertiũ argumẽtũ reſpõdʒ Ric. q bap
tiſmus modo aperit celi ianuã bapti
zato quãtũ ad efficaciã: q̃uis hoc nõ
poſſet facere añ paſſionẽ: qꝛ ꝑticularis
remotõ clauſionis predicte quãtũ ad
efficaciã depẽdet ex vniuerſali r̃motõ
ne illius clauſionis quãtũ ad ſufficiẽ
tiã: que p xp̃i paſſionẽ facta ẽ. ¶ Ter
tius baptiſmi effectus eſt collatio gra
tie: vt. n. ĩquit glo. ad Titum. 4. c. ĩ ex
poſitione verboruʒ Apoſtoli dicentis.
Saluos nos fecit per lauacrũ regene
rationis ⁊ renouatõis ſpũs ſãcti: quẽ
effudit in nobis abũde. Lauacrũ rege
nerationis eſt ſacramẽtũ baptiſmi: in
quo datur gratia ſpiritus ſancti ⁊ co
pia virtutũ. Sed nõnulli dubitãt an
pueri in baptiſmo cõſequantur grati
am ⁊ virtutes cum nondum habeant
vſum liberi arbitrij. Et dicit Tho. 3.
parte. q. 69. q quidam antiqui poſue
runt q pueris in baptiſmo non dant
gratie ⁊ virtutes: ſed imprimit eis ca
racter xp̃i: cuius v̊tute cum ad perfe
ctam etatẽ venerit cõſequũtur gra
tiam ⁊ virtutes. Sed hoc patet eſſe
falſum dupliciter. Prio quidẽ q pue
ri ſicut ⁊ adulti in baptiſmo efficiunt
mẽbra xp̃i. vnde neceſſe eſt q a capite
recipiant influxum gratie ⁊ virtutis.
¶ Secũdo qꝛ ſm̃ hoc pueri decedentes
poſt baptiſmũ non peruenirent ad vi
tam eternã: qꝛ vt dicit ad Ro. 6. Gra
tia dei vita eterna. Cã autẽ erroris
fuit: qꝛ neſcierũt diſtiguẽ inter habi
tum ⁊ actum. ⁊ ſic vidẽtes pueros in
habiles ad actus virtutũ: crediderũt
eos poſt baptiſmũ nullatenus virtu
tẽ habere: ſed iſta impotẽtia operãdi
non accidit pueris ex defectu habitu
um. ſed ex impedimẽto corporali: ſi
cut ⁊ dormiẽtes: q̃uis habeãt habit⁹
virtutũ. impediũtur tñ ab actib⁹ ꝓpt̃
ſomnum hec Tho. Ex quibus oĩbus
colligimus quãtũ debeamus deo nos
qui baptizati ſumus: quibus tã libera
liter ſua dona dignatus eſt impartiri
conari inſuper omni ſtudio tenemur
virtutes ãplecti: ad quas nos faciles
reddidit in ſuſceptione baptiſmi: vt
ſic mereamur in hoc ſeculo gratie ꝑ
fectum: ⁊ in futuro eterne vite premi
um. Amen.

¶ Feria ſexta in paraſceue de dolori
bus. anxietatibus. ⁊ amaritudinibus
xp̃i Ieſu: quos ĩ ſua paſſione pro toti⁹
humani generis ſalute ſuſtinuit.

## ¶ Sermo. 69.

Dolores nr̃os ipſe portauit.
d Iſaie pph̃e v̊ba ſunt iſta. 53.
. c. paſſionẽ dñi nr̃i Ieſu xp̃i
tã acerbiſſimã q̃ ignomioſã hodie re
colẽtes a lachrymis ꝯtinẽ minie v̊be⁹
gnimo flẽtes iuitare debe⁹ ĩſẽſibiles

creaturas vt mō ſuo cōpatiātur filio
v̓gis ī cruce pēdēti. v. illd Senece in
pma trage. Lugeat ether: magn⁹ qꝫ pa
rēs etheris alti: Telluſqꝫ ferax: ⁊ va
ga pōti mobilis vnda: Tuqꝫ aň oēs:
q p t̄ras tractuſqꝫ maris fūdis radi
os. Noctemqꝫ fugas odore decoro.
Quidnā flebili⁹ cōmemorari pōt: q̄
mors illa ſeuiſſima dei ⁊ ſaluatoꝝ nr̄i
Jeſu xp̄i. Talis memoria inquit Ber.
requirit lachrymas: ad illas eteni nos
ꝓuocat ſctā mat̄ eccl̄ia hodie nigris
induta: ad illas nos excitat xp̄s Je
ſus in dolorib⁹ ſuis. Ad illas inſuper
nos trahit v̓go illa pijſſima: ſpes uni
ca mūdi. Nā ſi pie volum⁹ cōtēplari
videbim⁹ eā vultu meſto. facie ſquali
da. ſparſo crine: ac ſciſſis veſtib⁹ ſtātē
aň crucē: ⁊ q̄rula voce dicētē. O fili
mi: quē de ſpū ſācto ꝯceptū deū verū
⁊ hoiem peperi: video te int̄ duos la
trones cruci affixū ⁊ vulnerib⁹ plenū.
O fili mi quē adorāt āgeli: caput ſpi
nis tenēs coronatū. O fili mi: quē tā
ta diligētia dū tenellus eras enutriui
quē ſēp dilexi: ſēp amaui: qꝛ tu me di
lexiſti ⁊ amaſti genetricē tuā: ecce in
cruce mortuus es ⁊ extinct⁹. O pater
eterne cōpatē mihi ſue miſerrime mr̄i
⁊ plāge mecū tuū ac meū filiū. Et qꝛ
id tue nature nō ꝯuenit: ꝑcipe illd cre
aturis tuis. O āgelici ſpūs ⁊ vos mō
vr̄o plāgite mecū. O celeſtia corpora
q̄ꝝ pulchritudinē vicebat decora fa
cies filij mei. plāgite illū iſta die ī ſtar
leproſi deformē factū. O inſenſibilia
elementa. O terra cū tuis arborib⁹ ⁊
plātis. O aqua cū tua claritate ⁊ ad
mirabili fluxu. O aer cū tua facilitate
O ardēs ignis cū tua viuacitate: plā
gite mecū factorē vr̄m filiū meū. O
reges terre: ꝑcipes: ⁊ q̄libet domini
plāgite mecū dn̄z dn̄antiū filiū meū. o
populi oēs: ⁊ tu ꝑcipue o popl̄e xp̄i
ane quos xp̄s tm̄ amauit: vt ⁊ mori ꝑ
vobis eligēt: plāgite illū mecū tā dire
mortuū filiū meū. O v̓gines. o vidue.
o cōtinētes. o ſenes. o paruuli lugite
mecū benigniſſimū dn̄m nr̄m. O mr̄es
que filios genuiſtis ſoluitę crinē: ⁊ ꝑ
meſta colla capilli fluāt implētes ae
rē vocib⁹ ⁊ dicētes mecū. Fili mi Jeſu
Jeſu fili mi: hodie pro peccatoribus
paſſus ⁊ mortuus es. O lumē oculo
rū meū. O ſpes ⁊ ſolatiū vite mee. O
gaudiū ⁊ iocūditas mea: quomō fa
ctus es mihi amaritudo ⁊ dolor: vl
neraſti cor meū: ⁊ trāſfodiſti illud pū
gēti gladio. His aut ſilib⁹ v̓bis pijſſi
ma virgo nr̄am duriciē rūpē ſatagit:
ſed qꝛ nō ſum⁹ a nobis ſufficiētes ho
rū myſterioꝝ vt debem⁹ cū deuotiōe:
cōpūctōe: fletu: ⁊ lachrymis recorda
ri: opus eſt vt ſupnū iplorem⁹ auxiliū.
Et lꝫ in oībus alijs predicationib⁹ cō
ſueueri⁹ v̓ginū v̓ginē iterpellare. tn̄ qꝛ
hodie circa filij lamēta eſt occupata:
gaudiūqꝫ angelice ſalutatōis cōuerſū
eſt illi in triſtitiā ⁊ merorē. iō ad cru
cē humilit̄ cōfugiem⁹: illāqꝫ ſalutabi⁹
v̓ba quibus eccl̄a vtit̄ referētes. O
crux aue ſpes vnica hoc paſſionis tp̄e
Auge pijs iuſtitiā: reiſqꝫ dona veniā
Et tu pater de celis deus cōcede no
bis oībus: vt ꝑ merita crucis filij tui
corda noſtra flectere mollireqꝫ valea
mus: quatenus cū lachrymis loq ⁊ au
dire poſſim⁹ paſſionē eius. hac itaqꝫ
ſuſcepta fiducia de ipſa paſſione locu
turi ad xp̄i dolores cōuertem⁹ ſmonē



quos in verbis ī nr̄o themate allega
tis Jſaias prenūtiauit. vt aūt ordina
te incedam⁹ diſtinguem⁹ in tres. prin
cipales articl̄os hodiernā ꝑdicatōeꝫ:
in quoꝝ quolꝫ quattuor dolores xp̄i
pie cōtēplabimur.

In p̄rio articl̄o quattuor dolores
Prim⁹ dolor dr̄ orōis.
Scd̄s cōprehēſionis.
Terti⁹ deductōis.
Quartus ꝯtradictionis.

In. 2°. articulo quattuor.
Primus ꝑſtationis.
Scd̄s ſētētiationis.
Terti⁹ crucifixionis.
Quartus inſpectōis.

In. 3°. articulo quattuor.
Primus illuſionis.
Scd̄s collocutōis.
Terti⁹ incōpaſſionis.
Quartus ſeparatōis.

Qualr̄ xp̄s in orōe vehemēter do
luit ꝑpt̄ cōtriſtatōem: ꝑpt̄ petitōeꝫ:
⁊ ꝑpter cōfortatōem.

Primi articl̄i dolor ꝑm⁹.

Primus dolor quē xp̄s Jeſ⁹
pro nobis tulit. ⁊ nos pie il
lū meditari hēmus: dr̄ orōis
Doluit nāqꝫ dei fili⁹ in laborioſa orōe
quā poſt cenam fecit ad patrem: cui⁹
doloris vehemētia colligi poteſt ex
tribus. Primo ex contriſtatōe. 2°.
ex petitione. 3°. ex ꝯfortatōe. Pri
mo apparet vehemētia doloꝝ xp̄i ad
orandū euntis ex contriſtatione. Ad
quod intelligēdum notare debemus
qꝛ Jo. 18. dr̄ q̄ poſt cenā egreſſus ē Je
ſus cū diſcipulis ſuis trās torrētem
Cedro vbi erat ortus in quē itroiuit
ipſe ⁊ diſcipuli eius. Et licet Math.
26. Marci. 14. ⁊ Luc. 22. narretur q̄
hymno dicto exierūt ī mōtē oliuarū.
Tn̄ Aug⁹ de ꝯſēſu euāgeliſtaꝝ dicit.
q̄ idē ē loc⁹. Ortus. n. ille erat trās
torrentē Credo ad pedes mōtis oli
ueti. Jbi poſtq̄ diſcipulis dixit ſcāda
lū qd̓ paſſuri erāt: premonuiſſetqꝫ Pe
trū ī ſe nimiū ꝯfidētē q̄lr euꝫ ter anq̄
gall⁹ bis cātarꝫ eſſꝫ negatur⁹. Venit cū
eis ī villā: q̄ dr̄ Gethſemani: ⁊ dixit
diſcipulis ſuis. Sedete hic donec va
dā illuc ⁊ orem. Et aſſūpto Petro ⁊
duob⁹ filijs Zebedei cepit ꝯtriſtari ⁊
meſt⁹ eē: ⁊ ait illis. Triſtis ē aīa mea
vſqꝫ ad mortē. Sꝫ hic theologi q̄rūt
vtꝝ ī aīa xp̄i fuerit paſſio triſtitie. Et
arguūt q̄da q̄ nō. Nā ſapiēs eccl̄. 30.
c. triſtitiā diſſuadet dicēs. Triſtitiaꝫ
nō des aīe tue: ⁊ nō affligas temetip
ſū in cōſilio tuo. Et iteꝝ ibi. Triſtitiā
longe expelle a te. multos. n. occidit
triſtitia: ⁊ nō eſt vtilitas in illa. Ariſ.
ī ſup. 2. thopicoꝝ ait. Eadē ſūt magis
eligēda ſiū triſticia q̄ cū triſticia. Sa
piens ī ſup ꝑuerbioꝝ. 12. ait. Nō ꝯtri
ſtabit inſtū q̄cq̄d ei acciderit. Sꝫ Ric.
⁊ Bon. di. 15. tertij rn̄dēt. q̄ abſqꝫ du
bio ſicut mgr̄ ſen. refert. ⁊ tex. euāgeli
cus ꝯfirmat ī aīa xp̄i fuit paſſio triſti
tie. Sicut. n. ex ꝯiūctōe rei amate cuꝫ
apprehēſione eiuſdē cāt̄ in appetitu
ſēſitio paſſio delectatōis. ſic ex ꝯiun
ctōe rei odite cū apphēſione eiuſdem
cāt̄ ī appetitu paſſio triſtitie. ⁊ quia
res de ꝑxio ⁊ certitudīalr̄ futura cō
ſideratꝫ q̄ſi iā pn̄s ꝑpt̄ euēt⁹ īſtātē ꝑ
pinq̄tatē ⁊ īfallibilitatē: iō nō ſolum
reſpectu rei odite cū ē pn̄s: ſ etiā reſpe
ctu rei odite īfallibl̄r ⁊ de ꝑxio vētu
re ē paſſio triſtitie. Vn̄ ſm p̄hm in. 2.

Rheto. Illi q iã decapitãt nõ timent
vidẽtes ſibi neceſſitatẽ iminẽ: ſed tri-
ſtãt. Et iõ q ſẽſualitas aie xpi mortẽ
recuſabat cũ apprehendit ipſã. vt de
primo infallibilr nẽturã. tãta fuit in
eius appetitu paſſio triſtitie. Alit tñ
fuit i eo triſticia q̃ in nobis. In nobis
enĩ frequẽt cãt cõtra ⁊ pter iperiuz
rõis: qḋ nituperabile eſt: vt patz per
auctõitates ſuperi9 allegatas. In xpo
uero nõ fuit niſi ſcḋm iperiũ rõis: que
iperabat ſẽſualitatẽ triſtari imodera
te ſm exigẽtiã ſue nature: ⁊ iõ in ipo
nõ fuit triſticia rõem puertẽs neq cõ
turbãs: nec de neceſſitate. Ob quod
Hiero9 ſuper Math. ait. Dñs noſter
vt veritatẽ pbaret aſſũpti hoĩs vere
quidẽ contriſtat9 eſt. Sed ne paſſio i
animo illi9 dñaret per paſſionẽ cepit
cõtriſtari. Aliud. n. ẽ cõtriſtari: aliud
incipere cõtriſtari. hec ille. Cõſidere9
g q̃ benigne domin9 oĩbis tribus illis
diſcipulis aduocatis eos forte ample
xãdo: ⁊ nũc ſupra vnũ: nunc ſupra ali
um dexteraz extendendo cũ ſuſpiriis
⁊ anxietare multa dicebat. Heu filii
mei: diſcipuli mei cariſſimi. Triſtis eſt
anima mea vſq ad mortẽ ſm. Nico.
de lira: dictio vſq accipi põt duplicit
vno mõ intẽſiue: q tñ itẽſa erat quã
tũ poterat eſſe. alio modo extẽſiue: q
enda non metuere. Sūt autē hoies q̃
q̄uis moꝛtē ipſam nõ timeant genus
moꝛtiſ tñ moꝛtē hoꝛreſcūt. Ut ḡ nullū
genus recte viuēti hoī metuēdū eēt:
illi⁹ hois cruce oñdēdū fuit. Nihil. n.
erat inter oia genera moꝛtiſ illo gñe
execrabili⁹ ꝛ foꝛmidabili⁹. Secūda
rõ eſt ꝙ hoc gen⁹ moꝛtis maxie cõue
niēs erat ſatiſfactioni p peccato pmi
parētis. Unde Aug⁹ dicit i q̇dā ſmōe
de paſſione. Cõtēpſit Adã pceptū ac
cipiēs ex arboꝛe: ſ qcqd Adã pdidit:
xp̃s i cruce inuenit. Et Ambꝛo⁹ de xp̃o
ita ait. De parētis pthoplaſti fraude
facta cõdolēs qñ pomi noxiales mōte
moꝛſu coꝛruit. ipſe lignum tunc nota-
uit damna ligni vt ſolueret. Hoc op⁹
noſtre ſalutis oꝛdo depopoſcerat
multifoꝛmis pꝛoditoꝛis ars ut artez

falleret ꝛ medelā ferret inde hoſtis.
vñ leſerat. Et iteꝝ eccľia dicit. Oipo-
tēs eterne de⁹ qui ſalutē humani gñiſ
in ligno crucis ꝯſtituiſti: vt vñ moꝛs
oꝛiebaſ īde vita reſurgēt: ꝛ qui in li
gno vincebat ī ligno quoqꝫ vincereſ.

Tertia rõ eſt: ꝙ vt dicit Criſo⁹ in
ſermone de paſſioe. In excelſo ligno:
ꝛ nõ ſub tecto paſſus eſt: vt etiā ipſi⁹
aeris natā mūdeſ. Sed ꝛ ipſa terra ſiľe
bñficiū ſentiebat decurrētis de latere
ſanguinis ſtillatione mūdata. Et ideꝫ
Criſo⁹ ſup Jo. īquit. Audiens ſuſpen
ſionē intelligas in altū: vt ſāctificarꝫ
aerē qui ſāctificauerat terrā ambulā
do in ea. Quarta rõ eſt: ꝙ per hoc
ꝙ xp̃s in cruce moꝛiſ aſcēſū nobis pa
rat ī celū: vt Criſo⁹ dicit. Quita rõ
ē ꝙ hoc cõpetit vniuerſali ſaluationi
toti⁹ mūdi. Nam figura crucis: vt ait
Greg⁹ nazãzen⁹ medio ꝯtracta in q̄t-
tuoꝛ extrema ptita. ſignificat v̄tutē ꝛ
puidētiā ei⁹ qui in ea pepēdit vbiqꝫ
diffuſā. Criſo⁹ etiā dicit ꝙ in cruce ex-
panſis manib⁹ moꝛiſ: ut altera manu
veterē populū: altera eos q̄ ex gētibus
ſūt trahat. Sexta rõ ē ꝙ p h̄ gen⁹ moꝛtiſ
diuerſe v̄tutes deſignaſ. Uñ Aug⁹ di
xit i li. de gr̃a veteris ꝛ noui teſti. Nõ
fruſtra tale gen⁹ moꝛtiſ elegit: vt lati-
tudis ꝛ altitudis: ꝛ lõgitudis: ꝛ p-
funditatis: deq uib⁹ apľs loq̄tur ma-
giſter exiſteret. Nā latitudo eſt in eo
lig°: qd̄ trāſuerſū deſup figiſ h̄ ad bõa
opa ptinet: ꝙ ibi extēdūſ man⁹. Lon
gitudo eſt in eo ligno: qd̄ uſqꝫ ad t̃rā
trahiſ: q̇ crux ſtat ſiſtiſ ꝛ perſeuerat
qd̄ lõganimitati tribuiſ. altitudo eſt
in ea ligni pte: que ab illa q̄ trāſuerſa
figiſ v̄ſus ſurſū reliquiſ: hoc ē ad ca-

put crucifixi: ꝙ bñ ſperātiū ſupna ex-
pectatio ē. Iā vero illud ex ligno qd̄
fixū occultaſ. vnde totū illud exurgit
ſignificat pfunditatē gratuite gr̃e. Et
ſicut etiā Augu⁹ dicit ſup Ioh̄. Lignuꝫ
in quo fixa erāt mēbꝛa patiētis ad ca
tedrā fuit magiſtri docētis. Septi-
ma rõ eſt: ꝙ hoc gen⁹ moꝛtis plurimiſ
figuris rñdet. Ut. n. Aug⁹ dicit in ſer-
mone de paſſione: in diluuio aquarū
humanū gen⁹ archa lignea liberauit.
De egypto dei poplo recedēte Moy
ſes mare uirga diuiſit: ꝛ Pharaoneꝫ
pꝛoſtrauit: ac populum dei redemit.
Idem Moyſes lignū in aqua miſit ꝛ
amaritudinē eius in dulcedinē com-
mutauit. Ex lignea virga de ſpiritua
li petra ſalutaris unda pꝛoferſ. Et ut
Amalech uinceretur contra virgam
Moyſes expanſis manibus extēdiſ.
Et lex dei arche teſtamēti crediſ li-
gnee vt his omnibus ad lignū crucis
p quoſdā gradus ueniatur. Scdo
cruciatus eſt xp̃s ingēti doloꝛe ppter
aſſociationē. Aſſociatus nāqꝫ eſt cum
duobus latronib⁹ ſicut p̄dixerat Iſai.
.53. c. Et cum ſceleratis deputatus ē.
Ubi doct. querūt vtrum hoc cõueniē
ter ſit factū. Et rñdent ꝙ in hoc alia
fuit intentio iudeoꝛum: alia oꝛdinatio
dei. quantum. n. ad itentionē iudeoꝛū
ſic dicit Criſo⁹. Duos latrões utriqꝫ
crucifixerunt: vt eoꝛum ſuſpitionis ſie
ret particeps: ſed nõ ita euenit. Nam
de illis nil dicitur. huius autem vbiqꝫ
crux honoꝛaſ. Reges diademata de-
ponētes: aſſumūt crucē in purpuris ꝛ
diadematibus maximis in menſa ſac
ta. vbiqꝫ terraꝝ crux emicat. quan-
tum vero ad dei oꝛdinationem xp̃us

cum latronibus crucifixus ē. ¶Primo
q᷑ vt dicit Hiero⁹ ſuper Math. Si/
cut pro nobis maledictū crucis fact⁹
eſt. ſic pro omnium ſalute iter noxios
quaſi noxius crucifigit͂. ¶Secūdo vt
dicit Leo papa i ſermone de paſſiōe.
Duo latrones vnus ad dexterā : ali⁹
ad ſiniſtrā crucifigunt͂ ut in ipſa pati
buli ſpecie denotaret͂ illa que in iudi
cio ipſius hominū omniū faciēda eſt
diſcritio. Et Aug⁹ dicit ſup Joh. Ip
ſa crux ſi attēdas tribunal fuit. in me
dio enim iudice conſtituto: vn⁹ qui cre
didit liberatus: alter qui iſultauit dā
natus eſt. iam ſignabat quid factur⁹ ē
de viuis ⁊ mortuis: alios poſitur⁹ ad
dexteram: ⁊ alios ad ſiniſtrā. ¶Ter/
tio ſm̄ Hilarium: duo latrones leue
ac dextre affiguntur: omnē humani
generis diuerſitatem vocari ad ſacra
mentū paſſionis domini oſtendentes
ſed quia per diuerſitatem fideliū atq᷑
infideliū ſit omniū ſm̄ dexteram ⁊ ſi/
niſtram diuiſio: vnus ex duobus ad
dexteram ſitus fidei iuſtificatione ſal
uatur. ¶Tertio cruciatus eſt xp̄us
acerbo dolore propter lamētationē
quādo ut meminit Lucas ſequebatur
illum multa turba populi ⁊ mulierū:
que plāgebant ⁊ lamentabātur eum.
Cum quibus etiam ipſe compatiēdo
p̄dixit futurā illius ciuitatis calami/
tatē ⁊ deſolatōem. Sed doct. hic q̄/
runt cur Jeſus xp̄s in Hieruſalē pa/
ti voluit. Et reſpondent q᷑ hoc conue
nienter factum eſt multiplici ratione.
¶Primo quidē q᷑ Hieruſalē erat lo
cus a deo electus ad ſacrificia ſibi of/
ferenda: que quidē figuralia ſacrifi/
cia figurabāt xp̄i paſſionē: que ē verꝝ

ſacrificiū: iux̄ illd̄ Eph. 5. Tradidit
ſemetipſū oblationē ⁊ hoſtiā deo in
odorē ſuauitatis. ¶Secūdo q᷑ virt⁹
paſſionis eius ad totū mundū diffun
dēda erat: ideo in medio terre habi/
tabilis pati voluit. .i. i. Hieruſalem.
vn̄ dr̄ i pſal. Deus aūt rex nr̄ añ ſecl'a
opat⁹ ē ſalutē i medio terre. .i. Hieru
ſalē: q̄ dr̄ eē t̄re hītabil' ūbilic⁹. ¶3°. q᷑
hoc maxime ſicut ꝯueniebat hūilitati
ei⁹. vt. ſ. turpiſſimū mortis gen⁹ elegit
ita etiā ad eius hūilitatē ptinuit q᷑ in
loco tā celebri cōfuſionē pati nō recu
ſauit. Vn̄ Leo papa dicit in ſermone
ephie. Qui formā ſui ſuſcepat Beth
leem preelegit natiuitati: ⁊ Hierl'am
paſſioni.
¶Et i crucifixione xp̄s vehemēt͂ do/
luit ppt̄ potatōem: ⁊ ppt̄ ꝯclauatōeꝫ
⁊ ppter eleuatōem.
¶Scdi articuli dolor terti⁹.
Tertius dolor ſcdi articl'i dr̄
crucifixionis. qñ crucifixerūt
eū i mōte caluarie. vbi nimio
dolore agitatus eſt ppter tria. Pri
mo ppter potatōem. Scdo ppt̄ cō
clauatōeꝫ. 3°. ppter eleuatōeꝫ. Pri
mo nimio dolore agitat⁹ ē xp̄s ppter
potatōem. q᷑ vt īqt Math. Dede/
rūt ei vinum bibere cum felle mixtum
Ubi querendum eſt quare illo vino
ſic amaro potauerunt eum. Et dicit
Nicolaus de lira. q᷑ aliq̄ dicunt id fa
ctū fuiſſe. vt citi⁹ xp̄s moreretur: ⁊ ſic
milites eius cuſtodia citius expedirēt
tur: qui debebant eum cuſtodire quo
uſq᷑ expiraſſet. Sed ipſe Nico. aliter
dicit. Nam legitur i quodā li. hebrai
co: qui apud eos ītitulat͂ liber iudiciū
ordinarioꝝ: q᷑ q᷑ Salomon dixerat



pverbioꝝ. 31. Date ſyccerā merētib⁹
⁊ vinū his qui amaro ſunt aio: vt bi/
bant: ⁊ obliuiſcāt͂ egeſtatis ſue: ⁊ iō
ſeniores iudeoꝝ ſtatuerāt vt ꝯdēna/
tis ad mortē dareꝫ vinū aromaticum
ad bibēdū: vt facilius tolerarēt paſſi
onē. In hieruſalē aūt erant matrone
deuote ⁊ cōpaſſiue: que hoc vinū ⁊
ſiccerā .i. potū inhebriatiuū dabāt ex
deuotōe. Judei ḡ ex nimia crudelita/
te moti tale vinū datū p xp̄o: ⁊ aliis
duob⁹ latronib⁹ acceperunt ſibi ſm̄ q᷑
dictū erat Amos. 2. Uinū dānatoruꝫ
bibebāt: ⁊ loco eius poſuerant acetū
cū felle mixtū. Talē potū cū guſtaſſet
Jeſus noluit bibere. Nec contradicit
Marcus cuius textus hꝫ. Et nō acce
pit: q᷑ nō accepit ad bibēdū: ſ ad gu/
ſtādū ſolū: vt ſic implet͂ i eo qd̄ dictū
ē i pſal. Et dederūt i eſcā mea fel: ⁊ i
ſiti mea potauerūt me aceto. ¶Secū/
do dolore fatigat⁹ ē xp̄s ppt̄ ꝯclaua/
tionē. qñ. ſ. cruce iā parata atq᷑ diſpo
ſita: ⁊ in terra collocata ſm̄ cōem opi
nionē exeūtes neq̄ illi magno impetu
dominū Jeſū xp̄m ad terra pieceꝛunt
vt clauis eū cōfigerēt. Et licꝫ euāgeli
ſte ñ oīa dicāt: q᷑ tm̄ eēntialia ſcribē
curauerūt: nihilomin⁹ v̄iſil'r credē poſ
ſum⁹: q᷑ ita nudat⁹ ⁊ genuflex⁹. Jeſus
vt ſe ſup crucē extēdēt oculis ad celū
leuatis i corde ſuo dixit. Suſcipe ſan
cte pater, eterne me dilectū filiū tuum
quē tibi offero in ſacrificium immacl'a
tū p ſalute humani gn̄is: ⁊ remiſſione
peccatoꝝ. Ecce iā nō offerūt͂ tibi lega
lia ſacrificia hircoꝝ: aut agnoꝝ vel ſi/
miliū. ſed caro innocētis mei filij tui.
Triginta ⁊ tres āni elapſi ſūt quibus
hāc crucē ſēper aſpiciēs i illā mori p

humani gn̄is redēptōe cōcupiui ⁊ de
ſideraui. Tādē pijciēs ſe ſup crucem:
manus ſuas ⁊ pedes liberaliſſimo ge
ſtu extēdit. Acceperūt aūt clauos cru
cifixores: ⁊ cōfixerūt eū. Malleoꝝ āt
ict⁹ ⁊ ſonitus audiri poterāt a v̄gine
mr̄e: cui⁹ cor clauis illis acutiſſimis: q̄
manus ⁊ pedes: oſſa ⁊ carnes filij ſui
rūpebāt ꝯfigebat͂. Crucifixi ſūt etiā cū
eo duo latrones: quos plerīq᷑ volue
rūt tenē fuiſſe crucib⁹ alligatos tātū.
Sed ego dico q᷑ fuere cōclauati. quia
vt īqt Aug⁹ ſup Job. Pendētes i li/
gno: clauis ad lignū manib⁹ cōfixi: p/
ducta morte necabāt͂. Scripſit autē
⁊ titulū Pilatus ⁊ poſuit ſup cruceꝫ.
Erat autē ſcriptū. Jeſus. Nazarenus
Rex iudeoꝝ: lr̄is hebraicis: grecis: ⁊ la
tinis. Ubi querit͂ a doctoꝛib⁹: cur hac
triplici lingua deo volēte titulus ille
fuerit ſcriptus. Et rn̄dꝫ Criſo⁹. Credi
bile ē m'l'tos gētiles ſil' cū iudeis ppt̄
feſtū ꝯueniſſe. ⁊ iō vt null⁹ ignoraret ñ
in vna ligua. ſed i trib⁹ ſcripſit. Et Au
gu. dicit. Tres ligue ibi pre ceteris emi
nebāt. hebraica ppt̄ iudeos i dei lege
gloriātes. greca ppt̄ gētiū ſapiētes.
latina ppter Romanos m'l'tis ac pe/
ne omnib⁹ tūc gētib⁹ imperātes. The/
ophilus v̄o inqt. Significat autē ſu/
pſcriptio triplici ſermone ſignata dn̄ꝫ
eē Regē practice. philoſophice. necnō
theologice. Nā p latinas lr̄as figura
tur practica: eo q᷑ Romanū iperiū potē
tiſſimū ſatiſq᷑ officioſū i expeditōibus
fuit. Per grecas v̄o philoſophia figu
ratur. greci nanq᷑ erga naturaliū ſpe
culationem inſudauerunt. Demuꝫ per
hebraicas theologia pretenditur quū
iudeis eſt credita reꝝ diuinaꝝ agnitio

Dicebant ergo Pilato põtifices iude
oꝝ. Noli ſcribere Rex iudeoꝝ.ſed qa
dixit. Rex ſũ iudeoꝝ. Rñdit Pilatus.
Quod ſcripſi ſcripſi. Milites aũt di/
uiſerũt ſibi veſtiméta ſua:⁊ tunicam
mittentes ſortẽ.erat aũt tunica incõ/
ſutilis.i.ſine ſutura deſuꝑ cõtexta ꝑ
totũ:ſuꝑ quã miſerũt ſortes. Et licet
Marcus dicat ꝙ ſortes miſerũt ſuꝑ
eis.ſ.alijs indumẽtis xp̃i.tñ ſm Nico
laũ de lira illud dꝫ intelligi ꝑ ſinodo/
chen.i.ſuper aliquid eoꝝ.i.ſuper tu/
nicã. Tertio vexatus ẽ Jeſus mul/
to dolore quãdo crux fuit eleuata a
terra:⁊ poſita in foramine atq̃ plan/
tata:in qua iã natꝰ erat fructꝰ noſtre
ſaluationis:anteq̃ in mõte Caluarie
defigeret. In ipſo autẽ motu ⁊ eleua
tione crucis:ac plãtatione põdus cor
poris per tres claues vel quatuor ſꝫ
quoſdã ſuſtinebat. Jõ mẽbra illa de
bilitata incredibili cruciabãt dolore.
Sed ⁊ tũc meſtiſſima mater filium in
tuens cõtemptibilẽ.confuſibilem.de/
ſpectum.deformẽ.grãdi anguſtia ple
num.plagis attritũ.in medio latronũ
pẽdẽtẽꝫ:adiutorio Magdalene ⁊ Jo
hãnis quãtum potuit cruci propiquã
ſe fecit. Ubi mutatã cernens aſpectus
filij ſui venuſtatẽ ⁊ elegantiam:conſi
deranſq̃ q̃ graui ſupplicio detineba/
tur:lamẽtabiles voces emittebat. hoc
aũt expreſſit Joh. quãdo dixit. Sta/
bat autẽ iuxta crucẽ Jeſu matꝛ eius:⁊
ſoror matris eiꝰ. Maria Cleophe: ⁊
Maria Magdalene. Sed dubiũ hic
eſt.ꝙ Luce.23.dicitur. Stabant oẽs
noti eius a lõge. Sed dicit Nicolaus
de lira ſequẽdo Auguſtinũ in li.de cõ
ſenſu euãgeliſtaꝝ.ꝙ ĩ tãto interuallo
erant:vt ⁊ iuxta dici poſſent:qꝛ ĩ con
ſpectu eius preſto aderãt:⁊ a lõge re
ſpectu turbe propinquius circũſtãtis
cum Centurione ⁊ militibꝰ. Pretereũ
tes autem blaſphemabãt eũ mouen/
tes capita ſua ⁊ dicẽtes. Uah qui de
ſtruis tẽplũ dei:⁊ in triduo illud re/
edificas. Salua temetipſũ ſi filius dei
es deſcẽde nunc de cruce. Similr̃ ⁊
ꝓncipes ſacerdotũ illudẽtes eum ſcri
bis ⁊ ſenioribꝰ dicebãt. Alios ſaluos
fecit:ſeipſũ non poteſt ſaluũ facẽ. Je/
ſus autẽ in tot ꝑſecutionibus ⁊ male
dictis dixit v̾bum illud primum ĩ cru
ce. Omnis patiẽtie exẽplũ patꝛ dimit/
te illis:qꝛ neſciunt quid faciunt:opere
implẽs quod v̾bo docuit quãdo di/
xit. Orate pro ꝑſequẽtibus ⁊ calum/
niãtibus uos. Impropabant etiam ei
latrones qui crucifixi erãt cũ eo. Lu/
cas v̾o dicit ꝙ vnus tãtum blaſphe/
mabat:quẽ alius rephẽdit. Sꝫ Augꝰ
ĩ libro de cõſẽſu euãgeliſtarũ dicit ꝙ
Jo. loquiꝛ in plurali ponẽs plurale ꝑ
ſingulari ſm vſitatũ modũ loquẽdi.
Uel poteſt dici ſm Hieroꝝ ꝙ ꝑmum
vterq̃ blaſphemauẽit.deinde vnꝰ cre
didit in xp̃m:⁊ priorẽ negationẽ ſeqñ
ti confeſſione emẽdauẽit. Unde Hie/
ronymꝰ ſequiꝛ. In duobꝰ latrõibꝰ vtꝛq̃
populus ⁊ gẽtilium ⁊ iudeoruꝫ. ꝑmo
dominũ blaſphemauit:poſtea ſigno/
rum multitudine alꝛ exterritꝰ egit peni/
tẽtiam:⁊ vſq̃ hodie iudeos increpat
blaſphemantes.hec ille. Dixit g̊ latro
penitẽs. Domine memẽto mei dum ue
neris in regnũ tuũ. Reſpiciẽs autẽ Je/
ſus bñdictus huius latronis cõtritio/
nẽ.fidẽ.ſpẽ.atq̃ caritatẽ:rñdit ei fecũ
dũ v̾bum:quod in cruce ꝓtulit.dicẽs.
Hodie mecũ eris in paradiſo. O felix
ꝓmiſſio. O breuis tante felicitatis ad
impletio. Nullus añ latronẽ hoc uer
bum audiuit. Promiſſa ſiqdẽ fuit pa
tribus ⁊ ꝓphetis eterna vita ꝑ xp̃m
ſed nulli ſicut latroni ita breui ſpatio
deſignata.
Quarto in inſpectiõe xp̃s vehemẽt do/
luit ꝓpter querelationẽ. ꝓpter recor
dationem.⁊ propꝛ cõmendationẽ.
Secũdi articuli dolor quartus.
Quartꝰ dolor ſecũdi articuli
dicitur ĩſpectionis. Cũ enim
de cruce ĩſpexiſſet matrẽ aſꝑ
rimo dolore vulneratum eſt cor eius
⁊ precipue propꝛ tria. Primo ꝓpꝛ q̃
relationẽ. Secundo ꝓpter recorda
tionẽ. Tertio propꝛ cõmẽdationeꝫ.
Primo doluit xp̃s propꝛ querela
tionẽ. Audiebat nanq̃ q̃relas matris
ĩgeminantis.⁊ dicẽtis ſibi vocabulum
illud quod ꝑ trigĩta ⁊ tres annos cũ
tanta dulcedĩe vtriuſq̃ cõmemoraue
rat. In paſſione vero illud proferes/
bat cum corde pleno dolore.merore.
⁊ amaritudĩe. Poterat g̊ v̾go illa ſã
ctiſſima lamẽtari:⁊ dicere. Fili mi aĩe
mee olim conſolatio ⁊ gaudiũ:nũc ãt
gladius penetrabilior oĩ mucrõe acu
tiſſimo. Fili mi quẽ nouẽ mẽſibus ĩ ute
ro tenui:quẽ ꝑuo lacte paui:quẽ toti
ens ĩfãtẽ ⁊ paruulũ pãnis ĩuolui:ĩ cu
na repoſui:⁊ amoroſis amplexibꝰ ſtri
xi inꝛ vbera mea:⁊ oſculata ſũ. O q̃
infelix mihi ⁊ tibi facta ẽ dies iſta. ⁊
quis poterit mederi vulneribus do
loꝝ meoꝝ:⁊ mitigare anguſtiã miſel/
le matris tue:cum inſpiciam te filium
meũ vt leproſum factum:qui ſpecioſꝰ
eras pre filijs hominũ: vt maleficum
⁊ reum cum iniquis deputatuꝫ? Qui
ſanctus ſanctorum es:vt fatuũ ⁊ ſtul
tum cerno:in quo reconditi ſunt oẽs
theſauri ſapientie dei:vt hoſteꝫ ⁊ oĩ/
um inimicum qui omnibus affabilꝛ be
nignꝰ ⁊ humanus ſẽper aſtitiſti. ⁊ ſu
ꝑ oĩa velut oblitũ mei vidue matris
tue. Nam ecce iam moreris: ⁊ nil mi/
hi dicis. Et quid faciam ego ſine te fi
lio meo? Quo diuertam? Ad queꝫ cõ
fugiam? Tu mihi pater. Tu mihi fratꝛ
Tu mihi blandus filius eras. Tu mee
diuitie. Tu mee delitie. Tu mea glo/
ria. O me deſolatam:que tantũ filiũ ĩ
cruce uideo deficere. O amantiſſime
fili loquere mihi matri tue: loquẽ vt
audiam vocem tuã cigneo canore dul
ciorem. Loquere inq̃ vt ſic ſaltem au
diens verba tua patientior fiaꝫ ad to
lerandam que me crutiat pro amore
tuo penam. Non deneges mihi quod
poſtulo. Exaudi me ⁊ verbo tuo cõ/
ſolare ne deficiam in hac tribulatione
O fili mi lumen oculorum meorũ cõ/
deſcendiſti latroni miſericorditer lo/
quens ei. Acquieſce itaq̃ uoto matris
tue:⁊ dic mihi quid factura ſim. Cui
me orphanam derelinquis? His aũt
vel ſimilibus querelis pulſabat me/
ſtiſſima mater aures afflictiſſimi filij
ſui:qui nõ minorem penam experieba
tur in mente propter teneritudinem
matris q̃ ſentiebat in corpore a plan
ta pedis vſq̃ ad capitis verticem vl/
nerato. Jdeo ſm quẽdam deuotum:
tacitus in ſuo corde dicebat carmen
illud vulgare: ſiue eius ſententiam.
Matre mia benedicta molto te uego
aflicta. El tuo lachrymare e vna ſa/
gitta. Che il cuor mio ha paſſato Nõ

piãgere o matre mia. El tuo lachꝛy/ mare e pena mia. Suppõta infin chio ſia da morte reſuſcitato. ¶ Iz. Doluit xp̃s ꝓpt̃ recoꝛdationẽ. In talibus naq̃ myſterijs recoꝛdabat̃: ⁊ in ſeipo conferebat. ꝺ. O mi m̃r quõ oĩa gau/ dia: que de me ſuſcepiſti cõuerſa ſunt tibi i meroꝛẽ, ⁊ luctũ. Ubinã ſũt ãge li i mea natiuitate cãtãtes! Ubi paſto/ res ad preſepe veniẽtes! Ubi orienta les reges i cuna me adoꝛantes! Ubi grata ꝑ. 30. ⁊ tres ãnos vtriuſq̧ con uerſatio ⁊ familiaritas! Ubi tot ⁊ tã ta de me predicata miracula: ꝓpter q̃ oĩa letabat̃ coꝛ tuũ! Heu me nũc vi/ des tãtum filiũ tuũ factũ i deriſũ om ni populo: ⁊ abiectiſſimã moꝛtẽ pati ¶ Iz. Doluit xp̃s ꝓpter cõmẽdationẽ qñ aperiẽs os ſuũ mellifluũ dixit ei. Mulier ecce fili⁹ tu⁹. ſ. Johãnes euã/ geliſta: qui ſecũ iuxta crucẽ aſtabat. Et vt doct. dicũt nõ vocauit eã m̃r/ no noie: ſʒ cõi ne ex teneritudie nois maſnu: ſi exp̃meret̃ aggrauaret̃ anim⁹ eius. Deinde cõmẽdãs eã diſciplo di xit. Ecce mat̃ tua. q. d. Deputo te ad eius obſequiũ. Et ex illa hoꝛa accepit eã diſcipulus in ſuã. ſ. curã ⁊ diligẽtiã O quot doloꝝ aculeis pũctũ fuit tũc coꝛ virgineũ ex vna parte cum mulie/ ris non matris audiuit vocabulũ. licʒ ex parte altera aliqualit̃ cõſolaretur ꝙ filius amãtiſſim⁹ eius Jeſus eã cõ/ mẽdauerat dilecto diſcipulo. Jõ Au/ gu. ait ſuꝑ hoc paſſu Joh. Ex illa ho ra. ꝛc. Hec nimiꝝ ẽ illa hoꝛa: de qua Jeſus aquã cõuerſur⁹ in vnũ dixerat matri. Quid mihi, ⁊ tibi ẽ mulier! nõ dũ venit hoꝛa mea. Tunc enim diuia factur⁹ non diuinitatis: ſed infirmita/ tis matrẽ: velut incognitam repelle/ bat. Nunc autẽ humana iam patiens ex quo fuerat factus hõ: affectu cõmẽ dabat humano. Moꝛalis igit̃ iſinuat̃ locus ⁊ exẽplo ſuo inſtruit preceptoꝛ bonus: vt a filijs p̃ſis ĩpẽdat̃ cura pa rentib⁹ tãq̃ lignũ illud vbi erant fixa membꝛa moꝛiẽtis: eẽt cathedꝛa magi ſtri docẽtis.

¶ Iz. xp̃s vehemẽter doluit in clama tione ꝓpter mũdi hoꝛꝛoꝛẽ: ꝓpter ſui confuſionẽ: ⁊ ꝓpter p̃ris derelictõeʒ.

¶ Tertij articuli p̃m⁹ doloꝛ.

Primus doloꝛ tertij articuli dñ̃ clamatõis. Oñdit. n. i cla/ moꝛe ſuo ĩmẽſitatẽ doloꝛꝭ. ⁊ potiſſimum ꝓpter tria. Primo ꝓpt̃ mundi hoꝛꝛoꝛẽ. 2°. ꝓpter ſui cõfuſio nẽ. 3°. ꝓpter patris derelictionem. ¶ Primo oſtendit xp̃s immenſitatẽ doloꝛis in mũdi hoꝛꝛoꝛe. quãdo. ſ. in/ ſenſibiles creature crudelitatẽ: que in ipſum fiebat hoꝛꝛentes modo ſuo pa tienti Jeſu compati viſe ſunt. A ſexta nanq̧ hoꝛa tenebꝛe facte ſunt ſuꝑ vni uerſã terrã vſq̧ in hoꝛã nonã. Et ut Lucas inquit. Sol obſcurat⁹ ẽ. ⁊ ve/ lũ templi ſciſſum ẽ i duas partes. a ſũ mo uſq̧ deoꝛſum. ⁊ petre ſciſſe ſũt: ⁊ terra mota ẽ. Ubi apparet ꝑturbatio coꝛpoꝝ ſuꝑioꝝ p̃mo: deinde inferioꝝ. ¶ Qualit̃ aũt fuit illa tunc ſolis eclipſis doctoꝛes varie ſunt opinati. Hiero⁹ nanq̧ dixit ꝙ ille tenebꝛe fuerũt fcẽ ꝑ retractõeʒ radioꝛũ ſolis diuina uir/ tute. Oꝛigenes autẽ dixit ꝙ hoc fa/ ctum ẽ ꝑ impoſitionẽ nubium dẽſarũ Sʒ in hoc magis credẽdum ẽ Diony ſio ariopagite: qui dicit i ep̃la ad Po licarpũ hoc fuiſſe ꝑ interpoſitionẽ Lune inter terrã ⁊ ſolẽ: ſicut fit in eclipſi ſo lis. Et ibidẽ dicit ꝙ ipſe hoc vidit tũc exñs in Egypto: vbi ẽ aeris puritas. Uidit igit̃ Lunã ab oꝛiẽte aſcẽdẽtem verſus meridiẽ: ⁊ ſubponẽtẽ ſe ſoli. Hiero⁹ aũt ⁊ Oꝛigeñ. nõ loquũt̃ de illa eclipſi aſſerẽdo ꝙ ſic fuerit vt di/ cũt. Sed ꝙ potuit ſic fieri. Quare ſe quẽdo Diony^{us} dici⁹. ꝙ illa eclipſis ñ potuit eſſe nãlis: ſʒ miraculoſa: ⁊ hoc multiplicit̃. ¶ Primo ꝙ luna erat. 15. ⁊ tunc diſtat a ſole ꝑ diametrum celi. Eclipſis autẽ ſolis nõ põt fieri nãlit̃ niſi tp̃e cõiunctionis ſolis ⁊ lune: ꝓpt̃ qð dicit Dionyſi⁹ ꝙ mirabat̃. ꝙ non erat tp̃s cõueniẽs ad talẽ cõiũctionẽ ¶ Secũdũ miraculũ fuit ꝙ tranſacta eclipſi luna redijt ad oꝛiẽtem: ita ꝙ in veſpere fuit in oꝛiẽte ſole exiſtente in occidẽte: ⁊ ſic oꝛbes eoꝝ ſunt ad pri/ ſtinum ſtatum reſtituti. ¶ Tertiuʒ mi/ raculũ fuit ꝙ pars oꝛientalis ſolis p̃/ mo fuit obſcurata: ⁊ iterum vltio illu minata. cõtrario autẽ mõ fit i eclipſi nãli. ¶ Quartũ miraculũ fuit ꝙ Luna fuit ĩmobilis ſb ſole ꝑ tres hoꝛas. In naturali ṽo eclipſi cõtinue mouetur ſub ſole: vt etiã refert Criſo⁹. ¶ Quitũ miraculuʒ fuit ꝙ illa eclipſis abſtulit lumen vniuerſis partib⁹ terre: licet ali qui hoc velint itelligi tm̃ de terra Ju dee. Uerũtñ vt appareʒ ex dictis Dio/ nyſij fuit in Egypto: fuit in grecia: ⁊ fuit Rome: ⁊ ſic in alijs mundi parti/ bus. Unde Hoꝛoſi⁹ ait. Cũ dñs pati/ bulo affixus eſt maximo terremotu ꝑ vrbẽ Romam facto: ſaxa in montib⁹ ſciſſa: maximarũq̧ vrbiũ plurime par tes plus ſolita concuſſione ceciderunt Eodemq̧ die ab hora dici. 6. ſol i̅ to tũ obſcurat⁹ eſt terra nox ſbito obdu cta terris ẽ: adeo vt ſtellas tunc diur nis hoꝛis: vel potius in illa hoꝛrenda nocte toto celo uiſas fuiſſe ſferat̃. Eu ſebius etiã in chꝛonica aſſerit ſe legiſſe ꝙ tũc in Bithinia que ẽ i Aſia fuit ma gnus terremot⁹: ⁊ maioꝛ ſolis obſcu/ ratio q̃ unq̃ fuerit: ⁊ ꝙ dies hoꝛa ſe/ xta i tenebꝛoſã noctem verſus ſit. ita vt ſtelle viderẽt̃ in celo: ⁊ ꝙ in Nicea que ẽ vrbis Bithinie m̃ltas edes ter remot⁹ ſbuerterit. De illi⁹ eclipſis mi/ raculo Diony⁹ in ep̃la ad apolopha/ nium qui ſecum erat i Egypto illo tẽ poꝛe poſtea ſic ſcripſit. Cum reperi⁹: ꝙ ⁊ erat notiſſimũ ſolẽ pati moleſti/ as: non debere animo ad te vaſte pe ritie ſacrariũ: adhuc neſcim⁹ tãte rei myſterium. Quid inq̃ ſpeculum do/ ctrine Apolaphani his ſecretis aſcri/ bis: atq̧ tu mihi oꝛe diuino. ⁊ nõ hu mani ſeſus ſermone! O bone Diony/ ſij diuinaꝝ permutationes ſnut reruʒ. In hiſtoꝛia vero ſcholaſtica legitur: ꝙ p̃hi ad hoc adducti ſũt vt dicerẽt Aut deus nature patit̃: aut oꝛdo na/ ture ꝑuertit̃. De turbatiõe coꝛporuʒ inferioꝝ clarã ſunt omnia tãtũ. De ue lo ſciẽdum ẽ ſm̃ Nico. de lira. ꝙ erat iuxta templũ inter ſãctũ ⁊ ſãctũ ſãcto rũ. Cuius ſciſſio ſignificauit impletio/ nẽ veritatiꝭ. in moꝛte xp̃i: que latebat in figuris veteris teſtĩ. ¶ Secũdo fu it ĩmenſus doloꝛ xp̃i ꝓpter ſui confu ſionẽ: quãdo cõſiderabat ꝙ ɔfuſibilr̃ patiebatur: quia p̄cedenti domini/ ca ab omni populo ita venerabiliter fuerat ſuſceptus. Erat eteni paſſio e⁹ ignomioſiſſima: ⁊ ꝺ̃ſpecta valde: de q̃ alias deo dãte ſuo loco dicem⁹. ¶ Iz

imēſus fuit dolor xpi ppt patris de-
relictionē. Jō clamās circa horā no-
nā voce magna dixit. Hely hely. lama
zabathani. Qd ē interpretatum hely.i.
deus meꝰ lama.i.quare. zabathani .i.
dereliquiſti me. Ubi gloſa. di deꝰ eū
deſeruiſſe i morte: q2 ptāti pſequētiū
eū expoſuit. Subtraxit.n. ptectionē:
ſed non ſolutionē. Quidam autē illic
ſtantes.ſ.milites Romani ſm Hiero.
ideoma hebraicū ignorātes dicebant
Heliam vocat iſte. At 7 mater ver-
ba illa audiens 7 intelligēs: illoruq3
nim conſiderās vndiq3 experiebatur
merorē.

Secūdo xps vehemēt doluit in potatō
nē ppter amaricationē: propt pecca-
torū obſtinationē: propterq3 matris la
mētationem.

Tertij articuli ſcōs dolor.

Secūdus dolor tertij articuli
dr potatōis: qñ iterū clamās
dixit. Sitio: oblataq3 fuit ori
eius ſpōgia potu amariſſimo repleta
Tunc doluit xps ppter tria. Pmo
ppter amaricationē. 2° ppter pecca
toꝝ obſtinationē. 3° propter matris
lamētationē. Primo doluit xpus
ppt amaricationē: q2 ſpōgia illa ori
eius ſic appoſita amaricauit labia 7
eius linguā. Quare iterū clamans di
xit. Cōſūmatū ē.i.totū iā corpꝰ meū
doloribus: 7 paſſionibꝰ circūdatū eſt.
Nā lingua que ſine leſione hucuſq3 fu
erat reſeruata mō amaritudine ē re-
pleta. Uel cōſūmatū eſt myſtice itelli-
gēdo opꝰ redēptionis humane. Scdo
doluit vehemēter xps ppter peccato
rum obſtinationē. Nō.n.minꝰ ſitiebat
peccatoꝝ ſalutē: q̄ corporis ſui in cru

ce extēſi: 7 fatigati recreationē. Dice-
bat etenim ſitio.i.ſalutē oium: q2 pro
oibus patior: p oibus ſāguinē meum
patri offero: p omnibꝰ morior. Veni-
te ad me omnes corde cōpuncti: 7 ēē
datione ac correctione vr̄a recreate
mētem meam. O q̄ grauis tūc illius
aiꝫ dolor vrgebat cū videbat innūe
ros eē: q a peccatis ad penitētiā nūq̄
redirēt: quibus nec paſſionis ſue vir-
tus ppter eoꝝ duritiā eſſꝫ in aliq̄ pro
futura. Ut.n.dicūt theologi licet xpi
paſſio ſufficiētiſſima fuerit pro ſalute
oium. tamē illiꝰ effectū nō cōſequūtur
illi qui peccata deponē nolūt. Quare
cū omnibꝰ proſit ſufficiēter: nō tñ oibꝰ
efficient. Nā ſicut erga xpm crudeles
fuerunt illi q eū potauerūt felle 7 ace
to: ita peccatores qui ad penitētiam
redire nolunt. Audite illū: audite o
peccatrices aie p vobis clamat amo-
roſiſſimꝰ Jeſus: p vobis dicit. Sitio.
Cur ḡ ſaxea corda nō rūpitis! Cur tā
clemētiſſimo domino nō cōpatimini!
Hec Ber. ait. Aſcēdit i altū crucis ut
ab omnibus videret: voce magna cla
mauit: vt ab oibus audiret: clamori
lachrymas addidit: vt ei homo cōpa
teret. Qui ad eius vocē nō excitatur
ad clamorē non cōpūgit: grauior eſt
terra 7 fetidior ſepulchris. Tertio
doluit xps vehemēt ppter matris la
mētationē. Potuit igitur tūc virgo be
nigna filium audiens in cruce dicentē.
Sitio multis ſingultibꝰ lachrymis ac
ſuſpirijs dicere. Heu heu me. quid vi
deo. Quid audio. O vniuerſe creatu
re celi 7 terre admiramini pauperta-
tem filij mei. Ipſe.n.qui diuinitatiſ ſue
potentia ſatiat angelos: paſcit etiam

puidentia ſua volucres celi 7 piſces
maris: beſtias ac vniuerſa pecora cā-
pi: atq3 hoibꝰ cūctis quottidianū pa-
nē diſtribuit. clamat in cruce. ſitio: 7
denegat ſibi paululū aque: imo tribui
tur ſibi potꝰ amariſſimꝰ. O fili fili fili
mi amoroſiſſ me. Cur tibi de meo pe-
ctore lac illud porrigere nō valeo: qd
totiens dū puulus eras ſuxiſti. O fili
mi cur non poſſū tibi miniſtrare i cru
ce ſitienti cibū 7 potū: quē colo 7 acu
ita diligēter dū i etate ifātili eras ac
quirebā! Poterat etiā tūc illa feruen
tiſſima Magdalena 7 ipſa flendo di
cere. O magiſter care: o magiſter bo
ne. Et cur ego indigna tua diſcipula
in hac tāta neceſſitate tibi ſbuenire ñ
poſſū. O dānata ſeuitia iudeoꝝ: cur
tāto furore iſlāmaris aduerſus dñm
7 magiſtꝝ meū. Que omnia ipſi dño
Jeſu ad dolorē accedebant.

Tercio xps vehemēt doluit cognoſcēs
generalē ſcādalizationē. iudeoꝝ igra
titudinē. 7 multoꝝ icōpaſſionē.

Tertij articuli tertiꝰ dolor.

Tertius dolor tertij articuli dr
cognitionis. Doluit etenim ſum-
mopere Jeſus nr̄ amoroſiſſi
mus ppt ſuā ſcietiā 7 cognitionē: q2
vt inquit ſapiēs eccliaſtes pmo. Qui
addit ſcietiā: addit 7 dolorē. Et licet
omnia xps cognoſceret pñtia pterita
7 futura. Uerūtamē in cruce poſitus
cognoſcebat 7 cōſiderabat pcipue tria
vnde triſtabat atq3 dolebat. Pmo
generalē ſcādalizationē. 2° iudeorū
ingratificationē. 3° multoꝝ icōpaſſi-
onē. Primo cognoſcebat generalē
ſcādalizationē. Uidebat vtiq3 q2 vir-
gine matre dūtaxat excepta in q̄ ſola

vt doct. dicūt remāſit fides diuinita-
tis ſue: ceteri oēs a fide defecerāt. nā
apli 7 oēs diſcipuli vidētes ignomini
am crucis: putauerūt eū purū hominē
7 nō deū. Scdo cōſiderabat xps 7 co-
gnoſcebat iudeoꝝ igratificationē: de
quoꝝ ingratitudine dolēs in ſeipſo:
dicebat illud qd eccleſia hodie decan
tat. Popule meus quid feci tibi: aut i
quo cōtriſtaui te: rñde mihi: Ego ppt
te flagellaui Egyptū cū pmogenitis
ſuis: 7 tu me flagellatum tradidiſti.
Ego te eduxi de egypto dimerſo Pha
raone in mare rubrū: 7 tu me tradidi
ſti pncipibus ſacerdotū. Ego ante te
pui in colūna nubis: 7 tu me adduxi-
ſti ad pretorium Pilati. Ego te paui
māna p deſertū: 7 tu me cecidiſti ala-
pis 7 flagellis. Ego dedi tibi ſceptꝝ
regale: 7 tu mō capiti meo coronā ſpi
neā. Ego ppter te Chananeoꝝ reges
percuſſi: 7 tu percuſſiſti arūdie caput
meū. Ego te exaltaui magna virtute:
7 tu me ſuſpēdiſti in patibulo crucis

Tertio cognoſcebat 7 cōſiderabat
xps in cruce multorum icōpaſſionem
Sciebat etenī quotquot futuri erāt
qui nonſolū ſibi compati nō debebāt
verūetiā 7 crucē ipſā 7 paſſionē ipſiꝰ
forent deriſuri. Uerbum nanq3 crucis
vt apl's inqt pereūtibꝰ quidē ſtultitia
eſt. O quot innumerabiles vt ſic dicā
viri 7 mulieres int xpianos reperiūt:
qui hodie paſſionē xpi recolentes nec
minima pietate flectunt: nec curāt da
re operā vt in cōmemoratione tanti
myſterij: ſi non oculis corporis: ſaltē
oculis mentis fleant 7 lachrymentur
Quinimo multi ſunt qui aut luxuria
aut auaritia. aut ſupbia excecati dñm

Jeſū xp̄m habēt in deriſū:rurſus ſibi
crucifigentes filium dei:pro quibꝰ oi/
bus ipſe mitiſſimꝰ dn̄s ſua caritate do
lore attrahebat͂ vehemēt͂.
¶ Qr xp̄s vehemēt͂ doluit dū inclina
to capite emiſit ſpiritū. ⁊ de lamēta/
tione mr̄is eius.
¶ Tertij articuli dolor quartus.
q Quartus dolor tertij articuli
dr̄ ſepationis. Doluit dn̄s
Jeſus xp̄s dū clamās ad pa
trē dicēs. In manꝰ tuas cōmēdo ſpū̄
meū iclinato capite tradidit ſpū̄. vbi
Criſoꝰ ait. Per hoc q̄ moriēs vocem
emiſit magnā:aptiſſime ſe verū deū eē
ſe oñdit. Qm̄ hoīes cū moriūt͂ vix te/
nuē vocē emittere poſſunt. Caput āt
iclinauit:vt ex modo moriēdi oñderz
q̄ moriebat͂ ex obediētia patris. Cō/
probata aūt fuit veritas mortis eius
vt patet ex textu euāgelij. Judei eñ
qm̄ paraſceue erat.i. dies veneri:i cꝰ
veſpera incipit ſolēnitas ſequēti ſab/
bati:vt nō remanerēt i cruce corpora
ſabbato. Erat.n.magnꝰ dies ille ſab/
bati:⁊ pp̄ter ſe:⁊ pp̄t paſce ſolennita
tē. Rogauerūt Pilatū vt frāgerent͂
crucifixorū crura:⁊ de cruce tollerēt͂
eoꝝ corpora. Venerūt g̊ milites ⁊ fre
gerūt crura latronū. Ad Jeſū aūt cū
veniſſent vt viderūt eū iam mortuū
non fregerūt eius crura. Sꝫ vnꝰ mili/
tū lācea latꝰ eius aperuit:⁊ ꝯtinuo ex
iuit ſanguis ⁊ aqua. Sāguis ad nr̄az
redēptōem. Aqua ad peccatoꝝ ablu
tionem. Sciēdū tamē ſm Tho.3.pte
.q.66.ar.4.in rn̄ſione ad tertiū argu
mētū:q̄ aqua illa nō fuit humor fleu/
maticus.vt quidā dixerūt. ſed aqua
miraculoſe egrediens a corpore mor/

tuo:ſicut ⁊ miraculoſe prodijt ſāguis
ad cōprobandā veritatem dn̄ici cor/
poris contra Manicheorū errorem:
vt.ſ.per aquā que eſt vnū ex quattu/
or elemētorum numero:corpꝰ xp̄i ue
re fuiſſe compoſitū ex quattuor elemē
tis. Per ſanguinē vero oſtenderetur
eſſe cōpoſitum ex quattuor humori/
bus. Itaq̄ poſt tot labores cruciatꝰ:
⁊ penas rex angelorum ⁊ dominꝰ in
crucis ſupplicio fuit extinctus. O q̄le
nouum. Quo merito pro amore ⁊ pi
etate tāti domini omnes homines lu
gere debēt ſenes ⁊ iuuenes. mulieres
⁊ viri. Moueri ſiquidē debēt eorum
corda:cum intuentur mortuū int͂ la/
trones benignum Jeſum. ⁊ matrē ſe
miuiuā inter brachia Magdalene:⁊
Johānis ac aliarum mulierum deuo/
tarum cadētem. O q̄ durus eſſet qui
temperaret a lachrymis:vidēs virgi
nē illam iuxta crucem interfectū filiū
lamētantem. Puto q̄ pre lachrymis:
⁊ clamoribus precedentibus raucæ fa
cte fuerāt fauces eius. tamen voce q̄
poterat clamās dicebat. O fili mi vi/
ta āgelorum:quomodo extinctus es:
⁊ amplius non loqueris. O fili mi lu/
men oculoꝝ meoꝝ:quis mihi det vt
moriar pro te! O fili mi in cuius cōce
ptu partu ⁊ ortu tantam ſuſcepi leti/
tiam:quō omnia mihi verſa ſunt i tri
ſtitiā. O pater eterne defleo ⁊ plāgo
vnigenitum filium tuū ac meū: ⁊ pre
dolore quaſi deficio. Adiuua me:⁊ q̄
ſi dolore mortue mihi ſuccurre. O ga
briel angele. Et vbi ſūt verba que mi
hi dixiſti! Dixiſti nāq̄ mihi. Aue.i. fūi
ue:⁊ hodie circūdederūt me anguſtie
vndiq̄. dixiſti mihi q̄ erā plena grā:

⁊ hodie plena ſū tot tribulationibus
Dixiſti mihi q̄ erā i mulieribꝰ benedi
cta:⁊ hodie ſū a iudeis maledicta. di
xiſti mihi q̄ erat benedictꝰ fructꝰ ven-
tris mei:⁊ ecce factus eſt hodie cruci.
maledictū. O me miſeram tot penis
atrociſſimis agitatam. Fleuit g̊ hodie
xp̄s ſaluator noſter i cruce. Fleuit mr̄
eius Maria peccatoꝝ oium aduoca/
ta. Fleuit Magdalena. fleuit Johan/
nes. fleuit Petrus. fleuere diſcipuli
ceteri:fleuit ſol dū obſcuratus ē. fle/
uit terra dum cōtremuit. fleuit tēplū
velū dū ſciſſum eſt. fleuerūt ſaxa dum
ſunt ſciſſa. fleuere ſepulchra dū ſūt ap
ta. Plāge g̊ ⁊ tu popule xp̄iane:⁊ dū
paſſionē xp̄i cōmemoras:age ei quas
potes totis uiribus grās:vt ſic ipſe p/
ticipes nos efficiat meritis ſāctiſſime
paſſionis ſue:qui cū pr̄e ⁊.ſ.ſ. viuit ⁊
regnat deꝰ p imōtalia ſecloꝝ ſecla. A.
¶ Sabbato ſctō de ſepultura corpo
ris xp̄i:⁊ eius morte. quā ſemp animo
reuoluere debemꝰ ¶ Sermo.70.
e Erat eñi magnꝰ dies ille ſab/
bati. Scribūt͂ hec vba Job.
.9.c. Deuotiſſimꝰ hic dies ſab/
bati pia deuotōe a nobis ē recolēdꝰ:
in quo dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i mors occurrit
nō imerito cōtēplāda. Diximꝰ nanq̄
in precedēti ſermōe quātis doloribꝰ
agitatꝰ xp̄s crucē p nobis cōſcendit.
Ibiq̄ tradidit ſpū̄m. Nūc vero ad de
clarāda ſue mortis myſteria dirigen/
dus eſt ſtilus. Neq̄.n.quicq̄ aut de/
uotius aut cōuenietius meditari ho/
die fideles poſſēt. Propterea magnus
dr̄ dies iſte ſabbati.nō ſolū ſꝫ littera/
lem intellectū iudeoꝝ:verūetiā ſm my
ſticum ſpūalē intellectū. Magnifica

uit.n.illū xp̄s benedictꝰ p mortē ⁊ ſe/
pulturā ſuā. de qua loqui volētibus
tria myſteria ſe ingerūt declarāda.
¶ Primū ē ex parte carnis.
¶ Secūdū ex parte aīe.
¶ Tertiū ex parte ſepulture.
¶ An caro xp̄i fuerit mortua:⁊ an fu
erit a diuinitate ſeparata. ⁊ vtrum p
mortē carnis ſit mors attribuēda p/
ſone verbi. ¶ Caplm̄.i.
p Primū myſteriū declarādum
de morte xp̄i eſt ex parte car
nis:circa quā tripliciť dubita
re contingit. Primo circa mortificatōez
2°. circa ſeparatōem. 3°. circa attri/
butōem. ¶ Primo cōtigit dubitare
circa mortificationē. vtrū.ſ.per ſepa/
rationē anime a corpore xp̄i: caro eiꝰ
fuit mortua. Et q̄ ſic pꝫ. q2 in ſymbo/
lo dicit͂ de xp̄o q̄ mortuꝰ ē ⁊ reſurre/
xit. Et hoc cātat eccl̄ia cū dicit. Ipſe
.n. verus eſt agnꝰ:qui abſtulit pecca/
ta mundi:qui mortē nr̄am moriēdo
deſtruxit:⁊ vitā reſurgēdo repauit.
Dn̄s autē Bon. di.21. tertij dicit q̄ ca
ro illa fuit mortua:eo q̄ caruit vſu ⁊
complemēto vite. Res enim corpora
lis non eſt viuificabilis:niſi ab aliqua
forma ſpirituali ipſā complēte ⁊ ſibi
proportionabili. Qm̄ g̊ in ipſa ſepara
tione anime:caro xp̄i caruit huiuſmo
di forma. iō vē mortua fuit. Et q̄uis
hēret diuinitatē vnitā. nō tam̄ ab ea
viuificabat͂: nō pp̄ter defectū a parte
viuificātis:ſed propter improportōez
a parte viuificabilis. ¶ Scdo contin
git dubitare circa ſeparationē. Utrū
.ſ. in morte caro xp̄i fuerit a diuinita/
te ſeparata. Et reſpondent doct. q̄ ñ.
Un̄ Leo papa in ſermone iquit. Lata

est vnio dei ⁊ hois: vt nec supplicio: possett dirimi: nec morte disiungi. Et Aug⁹ ɔtra Felicianū Christ⁹ i sepulchro carnē suā non deseruit. Que vba magister sen. ponit in lra di. xxi. tertij: qre autē nō fuit diuinitas a carne sepata fm Bon. pōt esse rō triplex: vz liberalitas ex parte assumētis: dignitas ex parte assūptibilis. ⁊ vtilitas ex parte assūptionis: liberalitas inq̄ ex parte assumētis. qr qñ deus dat aliquod donū: nō subtrahit illud sine culpa. Si ḡ nulla culpa interuenit: nō decuit diuinā liberalitatē carnē quā sibi liberaliter vniuerat a se separare. Dignitas etiā ex parte assūptibilis fuit i cā qr sicut caro illa ꝑpter sui dignitatē: non debuit videre corruptionē: ita nec ipsā decuit a verbo separari. Utilitas autem ex parte assūptionis ad hoc ipsum faciebat. Ad hoc enim fiebat illa vnio diuinitatis ad humanā naturā ⁊ carnis ad aiam: vt pcuraret nostra salus. Et quoniam separatio anime a carne ordinabatur ad hoc vt nostra salus procuraretur: separatio autem carnis a diuinitate ad nihil vtilis erat Ideo firmiter est tenēdū q nūq̄ diuinitas fuit a carne illa sanctissima separata. Tertio cōtingit dubitare circa attributionē. Utrū s. ꝑpter mortē carnis sit mors persone verbi attribuēda. Et rūdēt doct. theologi: qr absq dubio cōcedēdū est filium dei pro nobis fuisse mortuū: put in symbolo dr Quod etiā Ambrosi⁹ expresse testat. d. Tantum fuit peccatum nostrū vt saluari non possemus: nisi vnigenitus dei filius moreret pro nobis debitoribus mortis. Hoc autem sibi vere attribuitur: non fm naturam diuinā: s fm humanam. non per essentiam: aut per inherentiam: sed per ideomatum cōmunicationem. ⁊ hoc in nullo derogat diuine dignitati: ⁊ multum cōsonat pietati. Nullum eni verbū maioris dignatōis ⁊ clemētie resonare potest in auribus cordis nostri: q̄ q vnigenitus dei filius pro nobis fit mortuus quod vt predictum est itelligi debet non fm naturam diuinā: sed humanā per ideomatū cōmunicationem quia vt inquit Aug⁹: quem magister inducit in textu. Si quis dixerit atq crediderit deum passum anathema sit.

An anima xpi fuerit a carne sepata: etiam separata diuinitate: ⁊ an p⁹ instans separationis fit effecta ipassibilis. ⁊ an ex benignitate descēdit ad inferos. Capitulm. 2.

Ecūdum mysterium declarādum de morte xpi est ex parte anime. Circa quam adhuc contingit tripliciter dubitare. Primo circa separabilitatē. 2. circa impassibilitatē. Tertio circa benignitatem Primo cōtingit dubitare circa separabilitatē. An. s. anima xpi a carne separata fuerit etiā separata diuinitate. Et respōdet magister sen. quē sequuntur ceteri theologi di. xxi. q sic nunq̄ fuit diuinitas separata a carne ita nec ab anima. Unde Ioh. Dama. inquit. Si mortu⁹ est ut hō ⁊ sancta illa aia ab eius corpore diuisa est. diuinitas tn̄ iseparabilis ab vtroq permansit. Rō autē hui⁹ inseparabilitat s Bon. pōt esse triplex. Prima qr deum nō decebat qui idissolubili matrimonio aiam illā sibi copulauerat. Unde sic nō decet vir relinquere vxorē: sic nō decuit vbū ab aia separi. 2. rō ē: qr nobis nō expediebat: eo q si facta fuisset separatio: aia illa n̄ hūisset potētiā ad eripiedū gen⁹ captiuū: nec mediatrice essedū ad rcōciliadū: ⁊ neutr erat nobis expediēs. 3. rō ē: qr aie illi n̄ ɔgruebat tū qr erat inocētissima: tū qr erat dīlcissima. qr. n. dīlcissia erat nolebat a vbo separi: ⁊ qr inocētissia n̄ poterat ɔ̄ suo lūtatē suā separi ab eo: qr iā pūita fuisset sine clpa. hic. Dam. ait. Anathema sit q dic vbū deposuisse qd sel assūpsit. Sz ɔtra hoc aliqui istāt obijciētes illud Io. io. Ptātē hēo ponendi aiam meā: ⁊ iter sumēdi eā. ḡ si iste fmo est psōe filij dei: vr q fili⁹ dei aiā deposuit in morte. ḡ i morte aia fuit a vbo separata. Ad h rndz Aug⁹. q vbū illud ē psone filij dei rōe carnis assumpte. Erat. n. i ptāte ei⁹ separare aiā a corpore. ⁊ iter cōpi illā reunire. Io aliō ē ibi deponēs: aliud vnde deponit. deponēs ē virt⁹ dīna. vn̄ deponit ē cōpus. 2⁹ ɔtigit dubitare circa ipassibilitatē. vtr aia xpi p⁹ istās sepatiōis ipassibilis fit effecta. Ad qd rndz Bon vbi. s. q ex certitudie auctōitatū h n̄ est determiatū. sic ēt mgr tāgit li. 3. di. 18. vertn̄ pbabile ē ⁊ rōi magl ɔsonū q stati p⁹ sepatōez hūit ipassibilitatē Sz n. nō patiebat aia xpi nisi dispēsatiue: ⁊ pp nrā salutē: si iā n̄ erat tps ⁊ loc⁹ merēdi iā aia xpi n̄ dbebat nec poterat pati: nec solū de aia xpi pbabile ē q stati p⁹ sepatōez a corpe facta sit ipassibil. s ēt de qlibz aia viri sācti i q nō repit reat⁹ alic⁹ pcti. Et si diceretur cur caro xpi non fuit ipassibilis facta an̄ resurrectionē: sicut ⁊ aia. Rn̄det Bon. q hoc fuit ex duplici causa. Prima quidē: qr anima ꝑpinquor erat glie q̄ caro. Erat. n. beata fm aliquā sui partem. Secūda vero causa: qr dilatio impassibilitatis in carne faciebat ad fidē nr̄e confirmationē. vz. vt ostenderetur xps veraciter passus ⁊ mortuus fuisse: non sic dilatio impassibilitatis i anima. Ideo magis dilata fuit impassibilitas corporis q̄ impassibilitas anime ex dispensatione diuina. Tertio contingit dubitare circa benignitatem. vtrum. s. ex benignitate anima Christi descendit ad inferos. Et q sic patet. q in symbolo apostolorum dicitur. Descēdit ad inferos ⁊ act. 2. Hunc deus suscitauit solutis doloribus inferni. Et Ioh. Dama. ait Descendit ad inferna aia deificata: ut quemadmodum his qui in terra sunt ita ⁊ his qui i tenebris ⁊ vmbra mortis sedēt superlucescat. Sciendum tamē fm Bon. di. 22. tertij li. q nomine inferni aliquādo itelligitur pena. aliquādo locus pene: ⁊ fm hoc duplicit potest aliquis dici descendere ad iferos: aut quia descēdit ad penā: aut qr descendit ad locum pene. Primo modo non conuenit xpo. In eo enim non fuit pena damni: nec fuit pena sensus. Secūdo modo cōpetit xpo. Descendit enim quantum ad illam partem in qua erant illi qui detinebātur merito peccati primi parētis: que quidē ps ɔsueuit lib⁹ appellari. Ad illā iquā ptē descēdit n̄ ɔpll⁹ necessitate: s sua uolūtate ⁊ ptāte. Rō aūt qre voluit descēdere ad eripiēdos illos q detinebāt ibi cōpediti cū etiā posset facere h non descēdēdo fuit duplex vz pp

conſolationē victoꝝ: ⁊ ꝓpt̄ ↄfuſionē
aduerſarioꝝ: ꝓpter cōſolationē vin
ctoꝝ: ꝙ magna fuit eis conſolatio de
pñtia ipſi⁹ aīe Jeſu xp̄i: ⁊ maxia fuit
dignatōis oſtēſio ī h̄ ꝙ ipē pſonalr̄ vo
luit deſcēdere ad eos. Fecit etiā hoc ꝓ
pter ↄfuſionē aduerſarioꝝ: vt ipſi de
mones cōfūderēt ex ſua pñtia. ⁊ ſicut
vicerat eos ī t̄ra in nā aſſūpta: ſic aīa
eius de eiſdē triumpharet apud infe
ros de eiſdem ipſos inuitos expoliādo
deſcēdit itaqꝫ aīa illa ad ↄſolādos ſā
ctos pr̄es. ad letificādos: ⁊ b̄tificā
dos. Viderūt nāqꝫ ꝙ̄ꝓximū illis ſe pñ
ſtauit dītatē ei⁹. vñ ī loco īfernali ↄſti
tutes hūerūt paradiſū ⁊ apt̄a dei viſio
nē: q̄ non eſt aliud ꝙ̄ vita et̄na. Sed
adhuc qs q̄rere poſſ3 vtꝝ aīa xp̄i mo
rā ↄtraxit ī iferno vſqꝫ ad hora reſur
rectōis. Et rñd3 Hoñ. ⁊ Ric. vbi ſup.
⁊ Tho. 3. pte. q. 52. ꝙ ſicˀ xp̄s vt nr̄aſ
penas in ſe ſuſcipet uoluit corpus ſu
um ī ſepulchro poni: ita eti. voluit aī
mā ſuā ad īfernū deſcēdē: & corp⁹ autē
eius māſit in ſepulchro ꝑ diē integrū:
⁊ duas noctes ad ↄꝓbādā verita
tē mortis ſue. Vñ ēt tātūdē credēdū
eſt aīam eius fuiſſe ī iferno: vt ſil̄ aīa
eius educēt de iferno: ⁊ corpus de ſe
pulchro. Ex quo Aug⁹. 18. li. de ci. dei
c. 44. ait. Propha in ventre ceti tri
duo fuit. ⁊ tamen illū ſignificauit ī ꝓ
fundo inferui triduo futurū qui dñus
eſt oīum ꝓphetaꝝ. Et in li. de fide ad
Petrū de aīa xp̄i loquens dicit. Ipſa
de iferis die tertio reuertēte idē de⁹
ſm̄ carnē qua in ſepulchro iacuit: de
ſepulchro reſurrexit. Sed nōnulli ar
guunt: ꝙ Luce. 22. xp̄s dixit latroni.
Hodie mecū eris in paradiſo. ḡ vī ꝙ

aīa xp̄i illa die qua mortu⁹ ē fuit ī pa
radiſo: ⁊ ſic deſcendēs ad infernū nul
lā morā ibi cōtraxit. Ad quod rñdet
Aug⁹ exponēs verbū pr̄edictū ꝙ no
mine paradiſi nō ītelligiť ibi loc⁹ em
pirei: nec locus paradiſi terreſtris: ſed
ipſa aperta ⁊ clara viſio ipſius dei.
De hoc vero deſcēſu xp̄i ad inferos
ſic pulchre loquiť Aug⁹ in quodā ſer
mone. Mox vt xp̄s ſpū3 tradidit uni
ta ſue diuinitati anima ad infernoꝝ
profunda deſcēdit. Cūqꝫ tenebrarum
terminum quaſi quidam depredator
ſplēdidus ac terribilis attigiſſet aſpi
ciētes eum impij ac tartaree legiones
territi iquirere ceperunt. d. Unde eſt
iſte tam fortis: tam terribilis: tā ſplen
didus: tā preclarus! Mundus ille q
nobis ſubditus fuit: nunꝙ̄ nobis talē
mortuum miſit: nunꝙ̄ inferis talia mu
nera deſtinauit. Quis ḡ iſte qui ſic in
trepidus nr̄os fines igrediť: ⁊ nō ſo
lum noſtra ſupplicia non uereť: verū
etiā ⁊ alios de vinculis noſtris abſol
uit? Ecce ipſi qui ſub nr̄is ſolebāt ſu
ſpirare tormentis īſultāt nobis de ꝑ
ceptōe ſaluti. Et nō ſolū iam nihil ve
rentur: ſꝫ inſuꝑ nobis mināť. Nūꝙ̄ hic
ſic mortui ſuperbierunt: nec aliquan
do ſic leti potuerunt eſſe captiui. Ut
quid huc iſtum adducere voluiſti. O
princeps noſter. Perijt omnis letitia
tua. in luctum conuerſa ſunt gaudia
tua: dum tu Chriſtum ſuſpendis in li
gno ignoras quanta damna ſuſtineaſ
in inferno. ¶ Poſt iſtas crudelium vo
ces infernalium: ecce innumerabiles
ſanctorum populi lachrymabili voce
clamabant. Aduenisti redemptor mū
di. aduenisti quē deſiderātes ꝙ̄tidie

expectabam⁹. Deſcendiſti pro nobis
ad inferos: noli nobis deeſſe: cū reuer
ſus fueris ad ſuperos. Aſcēde dñe Je
ſu īferno ſpoliato ⁊ auctorē mortis
ſuis vinculis irretito: ⁊ redde iā leti
tiam mundo. Succurre inquiūt: iā ſce
uas extingue penas: ⁊ miſerādo reſol
ue captiuos: dum hic es abſolue reos
cum deſcēderis defende tuos. hec ille
O ꝙ̄ ingenti letitia animaꝝ in lymbo
exiſtentium tūc mētes perfuſe ſunt cū
viderunt benigniſſimū Jeſum tā diu
expectatū: tā diu ↄ̄ſideratū: tā diu de
uiqꝫ acclamatū. Viderūt inꝙ̄ aīam ei⁹
⁊ diuinitatem: cui erat vnita. Vide
runt xp̄m redēptorē mediatorē ⁊ glo
ficatorē ſuū neqꝫ loc⁹ ille eti. luce cor
porali ex pñtia aīe xp̄i illuſtratus: vt
Ric. dicit erat eis āplius penoſus. Ex
pectauerūt ḡ vt predictū ē aīe ille ſā
cte cū ſūma letitia in eodē loco temp⁹
reſurrectionis xp̄i.

¶ Qualiť xp̄s depoſitus fuit de cru
ce: ⁊ de afflictōe mr̄is ei⁹: nec nō ⁊ de
eius ſepelitione. ¶ Capl̄m. 3.

Tertiū myſteriū declarādum
de morte xp̄i ē ex parte ſepl
ture. Ad quā pie volētes at
tendere tria conſiderare debe⁹. P̄ri
mo ſbuētionē. 2°. afflictionē. 3°. ſe
pelitionē. ¶ Primo cōſiderare debe⁹
ſbuētionē: q̄liter. ſ. Joſeph ab Arama
thia: ⁊ Nicodem⁹ licētia a Pilato ob
tenta depoſuerūt xp̄m de cruce. Ipſi
eni3 qui erāt diſcipuli occulti Jeſu: fe
rentes ſecum mixtrā uenerūt ad crucē
ad cuius pedes iacebat meſta mater
cum Maria Magdalena: ⁊ Maria
Jacobi: ⁊ matre filioꝝ zebedei: ⁊ euā
geliſta Johāne: ceteriſqꝫ mulieribus

que ſecute fuerant Jeſu3 a galilea mi
niſtrātes ei: vt Matheus refert. Cu3
autē Joſeph ⁊ Nicodem⁹ virginē re
uerenť ſalutaſſēt lachrymātibus ocu
lis ei dixerūt. Venimus o mať meſta:
vt filiū tuū ⁊ magiſtrū noſtrū depo
nam⁹ de cruce: recōdamuſqꝫ vt moris
eſt honorifice in ſepulchro. O pietas
cōmendabilis hoꝝ viroꝝ nobiliū. O
deuotio digna laudū Joſeph ab Ara
mathia: qui a Pilato petijt vt ſepeli
re poſſet pcioſū corpus Jeſu. S3 ſi qs
q̄reret q̄re ꝑ hi⁹ licētia nullus ex. 12.
acceſſit: ſed ſolū iſte Joſeph. Rñdet
Criſo⁹. ꝙ nullus audebat ſicut iſte: q
inſignis iudeoꝝ erat: ⁊ Pilato notus
Dicebatur etiā ille Joſeph ab Arama
thia: ex quo iam dixerat: vt ait Beda
ipſa eſt ciuitas: que ꝓ Re. dr̄ Rama
thia: de qua fuit Samuel. ¶ Secun
do cōſiderem⁹ afflictionē ſurgēs Ma
ria mater cū āxietate multa brachia
extendebat: vt dilectū filium tangere
poſſet. Et cum auulſi fuerunt claui de
manibus ⁊ pedibus ſuſcepit cum con
triſtantium auxilio eum īter brachia
ſua: ideqꝫ ī terrā poſitū adorabat eū.
Deīde cū mlt̄a caritate dolore mixta
ↄtrectabat ſua ſcīſſima m̄bra: tāgebat
caput: ⁊ ſpineā coronā extrahebat ab il
lo. oſculabať illd̄ multiplr̄ ꝑforatū: ⁊
cruore reſꝑſū. atqꝫ dicebat. O caput
dig°. diademate: ⁊ corōa īpiali: ꝙ̄ tur
piter coronatū te vidi huc uſqꝫ corōa
ſpinea inſpiciebat liuidā faciē: ⁊ ī illā
merens ⁊ ruēs oſculabať eā atqꝫ ſub
debat. O decora facies: ⁊ ſpecioſa ni
mis: ex qua per tot ānos tm̄ gaudiu3
ſuſcepi: quō ſcā es vt leproſa. Suſci
piebat deīde ꝑforatas man⁹ amoroſe

oſculās illaſ r̄ferēs ſp ꝑiſſima v̄ba cō
patiēde q̄rele. Sic ēt ⁊ larꝰ aptū tāge
bat manu oſqꝫ illi applicabat. Fili iḡeſ
mi q̄ꝫ dira fuit crudeliſqꝫ manus illa:
que te lācea perforauit: nec puto poſ
ſet aliqs plene inueſtigare q̄liter v̄go
depoſitū de cruce filiū dolēter lamen
tabaſ Magdalena etiā ⁊ Joſeph ⁊
Nicodemꝰ: ceteriqꝫ aſtātes p̄ cōpaſſi
one flebāt ⁊ ipſi. z. cōſideremꝰ ſepeli
tionē qualit̄ hora cōpletorij iā iminē
te Joſeph ⁊ Nicodeꝰ iſtabāt vt corpꝰ
ſepeliret. Quare Nicodeꝰ ꝓtulit mi
xturā mirre ⁊ aloes quaſi libras cen
tum: ⁊ licet tali vnctōe a putrefactōe
ꝯſeruatiā xp̄s nō idigēt; qm̄ corpꝰ eiꝰ
corrumpi nō poterat nec debebat. tū
Nicodemꝰ h̄ nō itelligēs ex deuotōe
ſua ad vngēdū corpꝰ xp̄i tulit vnctōeꝫ
ꝑdictā. Acceperūt ḡ corpꝰ Jeſu: ⁊ liga
uerūt eū lītheis. i. pānis lineis inuolue
rūt cū aromatibꝰ: ſic̄ mos ē iudeis ſe
pelire. Erat autē i loco vbi crucifixuſ
eſt ortꝰ: ⁊ i orto monumētū nouū: i q̄
nōdū q̄ſq̄ꝫ poſitꝰ fuerat. Ibi ḡ ꝓpt̄ pa
raſceuē iudeorꝫ: qꝛ iuxta erat monum̄
tū poſuere Jeſū: que oīa i myſterio fcā
ſunt. Nā vt inquit Tho. ſepeliri uolu
it xp̄s ratōabil̄r. Primo q̄dē ad cō
probādā veritatē mortis. Nō. n. ali
quis in ſepulchro ponit̄: niſi qui iā ue
re mortuꝰ ē. Unde Pilatus vt h̄etur
Marci. 15. añq̄ꝫ ꝯcederet xp̄m ſepiliri:
diligēti inquiſitione cognouit eū eſſe
mortuū. Scḋo qꝛ ꝑ hoc ꝙ xp̄s de ſepul
chro reſurrexit daſ ſpes reſurgēdi ꝑ
ip̄ꝫ his qui ſūt i ſepulchro ſm̄ illḋ Jo.
5. Oēs qui in monumētis ſunt audi
unt vocē filij dei: ⁊ q audierint viuāt
Tertio ad exēplū eorꝫ qui per mor
tē xp̄i ſpūal̄r moriūtur. peccatis: q. ſ.
abſcōdunſ a ꝯturbatōe hoīuꝫ. Un̄ dr̄
col. z. Mortui eſtis ⁊ vita vr̄a abſcō
dita ē cū xp̄o. Modus etiam ſepelien
di rationabilis fuit. Nā in orto ſepul
tus eſt ad deſignādum ꝙ per mortē
⁊ ſepulturam ipſius liberamur a mor
te: quam incurrimus ꝓpter peccatuꝫ
Ade in orto paradiſi cōmiſſū. In alie
na etiam poſitus eſt ſepultura: vt dic̄
Augꝰ in quodā ſermone: qꝛ ꝓ aliena
moriebatur ſalute: ⁊ etiā ꝓpt̄ abūdā
tiā paupꝫtatis ꝓ nobis ſuſcepte. Naꝫ
qui domū in vita non habuit vt The
ophilus refert: poſt mortē quoqꝫ in
alieno ſepulchro recōditur: ⁊ nudus
exiſtēs a Joſeph cooperitur. Erat in
ſuper monumentū nouū: vt Hierony
mꝰ ait: ne poſt reſurrectionem ceteris
corporibꝰ remanētibus ſurrexiſſe aliꝰ
fingeret. Et vt Augꝰ dic̄. Sic̄ i Marie
virginis vtero: nemo an̄ illū: nemo pꝰ
illū cōceptꝰ ē. ita i hoc monumento:
nemo ante illum. nemo poſt illum ſe
pultus eſt. Aduolutum etiam fuit ſa
xum magnū ad monumenti hoſtium:
vt ſic appareret omnimoda veritas
ſepulture ſue. Quare vt participes
ſimus mortis ⁊ ſepulture xp̄i ſepeliaꝰ
⁊ nos vitia nr̄a atqꝫ peccata: ſicqꝫ cō
ſurgemus cū ipſo accipiētes hic gr̄aꝫ:
⁊ in futuro beatā gl̄iam. Amen.

Dñica reſurrectionis dñi nr̄i Jeſu
xp̄i de iocunditate ꝑticulari: gn̄ali: ⁊
m̄rnali reſurrectōis eius.

Sermo. 71.

Ec dies quā fecit dn̄s exulte
b mꝰ ⁊ letemur i ea. Scribunſ
hec v̄ba pſal. 117. Sicut ama
ra fuit credentibꝰ in Jeſū xp̄m paſſio
eius ita iocunda debꝫ eſſe reſurrectio
illiꝰ. ꝓpt̄a gaudere vnuſq̄ſqꝫ ⁊ letari
debet ac iocūdari: cum audit vere ex
mortuis xp̄m ſurrexiſſe. Hoc. n. docꝫ
nos ⁊ inſtruit ſācta mat̄ eccleſia dum
ſepius replicat ꝓpheticū dictū a no
bis aſſūptū ꝓ themate. In diuinis nāqꝫ
officijs diurnis nocturniſqꝫ horis hꝰ
tēporis exultādū eſſe p̄dicat ꝓ victo
ria: ꝓ gloria: ꝓqꝫ magnificētia xp̄i re
ſurgētis. Letabūdū ꝑfecto nouū ab
āgelo nūtiatū ē: cū dixit. Surrexit nō
eſt pater: dn̄s filius. dominus ſpiritus
ſanctus. Tecū dominꝰ pater: q: tu es
ſponſa patris. tecū dn̄s filius: q: tu ma
ter filij. tecum dominus ſpiritus ſan
ctus: q: in camera ſpūs ſancti compro
baris: ⁊ tamē non tres domini incar
nati in te: ſ; vnus eſt dominus. ſ. filius
icarnatꝰ: q: verbū caro factū eſt. Ideo
benedicta tu in mulieribꝰ. i. a mulieri
bus: vel oēs mulieres benedicētur in
te: ſic mat̄ i filio. Nā ſicut Augꝰ dicit
i ſmone. Auctrix peccati Eua: auctrix
meriti Maria. Eua occidendo obfuit
Maria viuificando profuit. percuſſit
illa: ſanauit iſta. O q̄ benedicta. ideo
benedicenda eſt virgo iſta digniſſima
benedictionibus replens humanū ge
nus. Quarta conſideratio dicitur
cognitionis: ⁊ de hac adiungit. Que
cum audiſſet turbata eſt in ſermōe eiꝰ
⁊ cogitauit qualis eſſet iſta ſalutatio
in quibus verbis triplex actus hone
ſtiſſimus v̄ginis glorioſe denotatur.

Primus auditionis.
Scds turbationis.
Tertius cogitationis.

Primꝰ actꝰ ad quē v̄go digniſſima
ɔmota ē fuit auditōis: q: attentiſſime
audiuit nūtiū ſūmi dei. dulciſſime illā
ſalutationē magnificatōe bñdicētem:
quid auditis o virgo puriſſima: quid ti
bi referſ ab angelo! quid contrarium
facies cum ſentis angelicā vocē. Se
cūdꝰ actꝰ fuit turbatōis: q: turbata ē
non turbatione incredulitatis ſic Za
charias: ſ; turbatōe admiratōis: ſicut
Nico. de lira dicit. Nam beata virgo
ſolita erat videre angelos: ⁊ ideo de
apparitōe angeli nō fuit mirata. i. tur
bata: ſ; de ſalutatione inſolita. q: nihil
mirabilius eſt vere humili q̄ ſua exal
tatio: ⁊ ideo cū beata virgo eſſet hu
millima audiēs ſalutatōem tante ex
cellentie turbata eſt in ſermone: non i
apparitione. Tertius actus virginiſ
benedicte fuit cogitationis. Nam uul
tu verecundo cepit myſterium prudē
tiſſimeq; ponderare. Quinta cōſi
deratio dr̄ cōfortationis: de qua ſbin
fertur. Et ait angelus ei. Ne timeas
Maria. iueniſti. n. gratiā apud deum
Ecce cōcipies i vtero: ⁊ paries filium
⁊ vocabis nomē eiꝰ Jeſū. hic erit ma
gnus: ⁊ altiſſimi filius vocabiſ: ⁊ da
bit illi dn̄s deus ſedem Dauid patris
eius: ⁊ regnabit i domo Jacob ieternū.

⁊ regni eius non erit finis: in quibus
verbis triplex nouū angel⁹ ānūtiauit.
Primū dr̄ ꝯceptionis.
Scḋm dr̄ noiationis.
Tertiū dr̄ magnificationis.
Primū fuit nouū ꝯceptōis. O Ma
ria inqt angelus noli timere de ſaluta
tione. ſ. inſolita. Inueniſti. n. grāz apō
deum: nō ſolū p te ſed p toto humāo
genere: ecce concipies in vtero: ⁊ pari
es filium. Scḋm fuit nouū noiatōis
Et vocabis iquit nomē eius Jeſum.
ſm. Nico. de lira non dicitur imponeſ
qꝛ hoc nomen non fuit impoſitū a dō
patre ſecūdum quod fuerat p̄dictū
ab Jſa. ꝓpheta. 62°. c. vocabitur tibi
nomen nouum: quod os domini nomi
nauit: ſed iſtud nomen fuit diuulgatū
per angelum ipſi Marie: ⁊ Joſeph: ⁊
per eos alijs nomen etiam impoſituz
eſt ſecundum proprietatem futuram:
quia ſalus humani generis erat futu
ra per xp̄m. Jeſus enim ſalus interpre
tabatur ſm Hiero. Tertium fuit no
uum magnificatiōis. quādo dixit. hic
erit magnus: ſemper enim fuit magn⁹
deus: ſed futurus erat magnus homo
⁊ magnus propheta: ſicut Luc. 7. c. dr̄
Propheta magnus ſurrexit in nobis:
⁊ filius altiſſimi vocabitur. i. ipſi⁹ dei:
qui ſolus eſt altiſſimus. Homo. n. alt⁹
eſt inter creaturas corporales: ſ; an
gelus altior: deus autē altiſſim⁹. Jſta
eſt filiatio dei ſm Nico. de lira decipi
tur hic per naturam. In omnibus au
tem alijs quantūcūqꝫ ſanctis eſt tātū
filiatio dei per adeptionem: ⁊ dabit
illi dominus deus ſedem Dauid. ſed
cōtrarium per hoc quod dicitur. Hie
re. 22. de Jeconia rege Juda. Scribe

iſtū uirū ſterilē: nec erit de ſemine eius
ſedeat ſup tronuz Dauid. Beata aūt
virgo Maria de qua natus eſt Jeſ⁹
deſcēdit de Jeconia: vt patet Mat.
i. quia ponitur in xp̄i geneologia. Ad
quod dō ſm Nico. de lira. qꝛ Hiere.
loquitur de regno temporali ipſi⁹ Da
uid: in quo nullus poſtea regnauit de
ſemine Jeconie: ⁊ aliqui alij qui reſū
pſerunt regni nomen in Judea aū He
rodē aſcolonitā nō fuerāt de tribu re
gia: ſ; de tribu ſacerdotali. xp̄s etiā qui
deſcendit de Jeconia ſm carnē p vgi
nē Mariā non ſedit ſuper tronū Da
uid: loquēdo de tp̄ali regno: imo iſtō
negauit coram Pilato dicens Joh. 18.
Regnū meū non eſt de hoc mundo. tū
poteſtatem accepit poſt reſurrectionē
etiā inquātum homo ſuper oēm crea
turam ſm qꝛ ipſe dicit Math. 18. Da
ta eſt mihi poteſtas i celo: ⁊ in terra.
Nam inquantū deus non accepit ali
quam poteſtatem de nouo ſiue i tp̄e
angelis. Angelus h̄ loquitur de reg⁹
ſpūali ⁊ celeſti: quod figuratū fuit p
regnū Dauid tp̄ale. ſicut ⁊ celeſti. Hie
ruſalē per tp̄alem. vn̄ ⁊ ſb̄dit. Et re
gnabit in domo Jacob ineternū. ſ. ſup
electos de domo etiā Abraā ⁊ Jſaac
Aliqui fuerunt reprobati ſicut Jſmael
⁊ Eſau de domo Jacob. ius filij a ſā
ctis doctoribus inter electos ſunt cō
putati: qꝛ ⁊ ſi aliqui peccauerūt ⁊ ege
runt pniam. Hec Nico. de lira. Et re
gni eius non erit finis: qꝛ xp̄s nō ſoluz
inquantum deus. ſed etiam inquātuz
homo regnabit ieternū ſuper omnes:
⁊ ſuper angelos. Quid ē hoc o uirgo
regia qḋ tibi angelus loquif. vere no
uum: qḋ alij tot annis expectauerunt

ſancti patres ⁊ electi dei ſētire: quō i
his verbis imutaf cor tuū! O virgo
audi obſecro anima mea: quia celeſtis
nūtius ex parte dei vgini declarat ſa
lutem mundi per ſui filij cōcipiēdi fu
turā. quid feciſti o puella: quid feciſti
vt deum iclinares ad tuū ſāctū amorē
Ecce angelus ex parte ſūme trinitatis
tibi reuelat te in matrem illi⁹ aſſumen
dā: quē pauloante vt deſcenderz de
uotiſſime rogabas. ſatiſfactū ē iā pe
titioni tue. O vgo ſacratiſſima en ſal
uator mūdi tuū ad habitādū iquirit
vterū virgialē. fecit ille quod poſtula
bas. fac ⁊ tu etiā qḋ ipſe q̄rit. Querit
te in matrē. querit de te carnē accipē:
ſed non ſine cauſa rem tuā grādē ad
huc pōderat vgo pia. Jdcirco ad ter
tium myſteriū p̄cedam⁹.
Tertiū myſteriū ꝯtēplādū dr̄
t ✝ ꝯfeſſiōis: p quo addif i euan
gelio. dixit aūt Maria ad an
gelū. quō fiet iſtud. qm̄ viꝝ nō cogno
ſco! ⁊ rn̄dēs angelus dixit ei. Spūs
ſanctus ſupueniet in te: ⁊ virtus altiſ
ſimi obumbrabit tibi: ideo ⁊ qḋ naſcē
tur ex te ſanctū vocabif filius dei. Et
ecce Heliſabeth cognata tua: ⁊ ipſa ce
pit filiū in ſenectute ſua: ⁊ hic mēſis ē
ſextus illi que vocaf ſterilis: qꝛ n̄ erit
impoſſibile apḋ deū oē vbū. Dixit aūt
Maria. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ſm
verbum tuū. In quibus vbis. 5. conſi
derationes erunt denotāde.
Prima dicif vginitatis āplexio.
Scḋa dr̄ ſpūs ſcti coopatio.
Tertia dr̄ exēpli admiratio.
Quarta dr̄ hūilis rn̄ſio.
Quita dr̄ vbi dei icarnatio.
Prima ꝯſideratio dr̄ vginitatis am

plexio. Mira ſiqdē deuotione glioſa
vgo amplexabaf vginitatis decorem:
quod pbari pōt triplr.
Primo ex ſuo ꝓpoſito.
Scḋo ex ſuo voto.
Tertio ex ſua ꝯfirmatiōe.
Primo iquā pz ex ſuo ꝓpoſito dicit
magiſter ſen. i. 4. di. 30. ⁊ cōfirmaf p
Aug⁹. 27. q. 2. c. beata Maria. Bta
Maria ꝓpoſuit ſe obſeruaturā votū
caſtitatis: vel vginitatis in corde: ſed
ipſū vginitatis votū nō expreſſit i ore:
ſb̄iecit ſe diuie diſpoſitōi dū ꝓpoſuit
ſe obſeruaturam vginitatē: niſi deus
alr̄ ei reuelaret: nec ſic faciēdo fec cō
tra legem deutero. 7. Nō erit ipſa ſte
rilis vtriuſqꝫ ſexus. qꝛ ipſa i hac vice n̄
ſimpliciter vginitatē uouit. ſ; ſb̄ ꝯditi
one ſi deo placuerit. 2°. pz ex ſuo vo
to. Nam accepto ſpoſo Joſeph ſāctiſ
ſimo: ⁊ cognoſcēs dn̄i volūtatē: ſimul
cum viro labijs expreſſis vginitatem
vouit: ſic pz i p̄dcō. c. btā Maria ⁊ id
ꝯfirmaf per Aug⁹. i li. de vgi. q ait an
nuntianti angelo Maria rn̄det. Quō
fiet iſtud qm̄ viꝝ nō cognoſco: quod
ꝓfecto nō diceretur: niſi virginitatez
deo ante vouiſſet. 3°. pz ex ſua confir
matione qn̄ angelo dicebat. qm̄ viruz
non cognoſco. i. n̄ cognoſcē ꝓpono. di
ligebat itaqꝫ vgitatē vgo: ⁊ modum
diligēter iterrogabat de ſuo ꝯceptu.
Scḋa ꝯſideratio dr̄ ſpūs ſcti coo
peratio. nāqꝫ vt audiuit āgelū rn̄ſum
vgis: let⁹ retulit ei. ſpūs ſcūs. ⁊c. i qua
relatōe tria vgini pmiſit.
Primo ſpūm ſanctū.
Secūdo humanatōem.
Tertio ſanctificationem.
Primo promiſit virgini ſpūs ſācti

ſuperuentionē. qn̄ dixit. ſpūs ſācti ſupueniet in te. Ideſt nō cōcipies hūano modo ſed diuino: q2 nō uirtute ſemis virilis: ſed v̓tute ſpiritus ſancti: ⁊ hū dixit ſuperueniet in te. q2 prius venerat ſuper virginem adhuc i vtero matris exiſtentem: ipſam a peccato originali preſeruando. vel ſm alios purgādo. Sed in conceptōe filij dei ſupueīt ſpiritus ſanctus. i. iterū venit ad cōfirmādū ⁊ cōferendum maiorem gratie plenitudinē: que non ſolum ſāctificauit mentem: ſ etiā ventrem nec ꝑpter hoc dicendum ē xp̄m eē filiuȝ ſpūs ſācti duplici rōe ſꝫ Boñ. in 3. di. 4. Primo ꝑpter vitādū errorē circa generationē tpalē: q2 ſm illā di xp̄us conceptus de v̓gine ⁊ ſpū ſancto ſi diceret ſpūs eius pater: ſicut virgo eius mat. Nā vr̄ ex hoc xp̄s natus ex Maria ⁊ ſpū ſancto: ſicut naſcit̄ ꝓles ex muliere: ⁊ viro. q ſi hoc falſū ē q2 ꝓles ꝑtem accepit a patre: ⁊ ꝑtem accepit a matre: in qua aſſimilat̄ patri ⁊ matri in eadē natura ⁊ forma: ⁊ hoc nō eſt reperire in xp̄o quātū ad eius ꝯceptōnē: imo ſoli matri aſſimulatur in nat̄a aſſumpta. Jō nō debꝫ admitti xp̄m eē filium ſpiritus ſancti. ſed ſolius v̓ginis matris ad manifeſtādā ⁊ confirmandam v̓itatem ⁊ ꝓprietatē tēporalis generationis. Scd̄a rō ſumit̄ ex ꝑte generationis eterne ne cōfuſio fiet eternarū relationū ⁊ ꝓprietatū. vñ cū ꝓprium ſit ꝑſone patris generare reſpectu perſone filij: nullatenus admittit̄ xp̄um eſſe filium ſpiritus ſācti: in quo non eſt alia perſona: vel hypoſtaſis q̄ illa quam ab eterno pater genuit. 2°. angelus ꝓmiſit filij v̓gini humanatio-

nem cū dicit. Et virtus altiſſimi obūbrabit tibi. i. dei filius: qui eſt dei patris ſapiētie ⁊ virtus: vt di. i. cor. Primo obumbrabit tibi: q2 ſub vmbra carnis latebit virtus diuinitatis. 3°. ꝓmiſit ei filij ſanctificationē di. Ideoq3 ⁊ qd̓ naſcetur ex te ſanctū vocabit̄ fili⁹ dei. ſm Nico. de lira. dicit ſāctū abſolute abſq3 determinatione: q2 ſi dixiſſꝫ ſanctus deus: vel ſanctus homo: vel aliquid cōſimile: nō expreſſiſſet ſanctitatem eius cōplete: q2 in eo eſt ſanctitas diuina ⁊ humana: ⁊ quicquid ſāctitatis poteſt cogitari i quecūq3 creatura eminētius eſt in xp̄o. ideo dicit̄ ſanctum abſq3 determinatione: ⁊ vocabit̄ inquit filius dei. Accelera uirgo reſpōſū: ⁊ expedias nuntiū: expectat adhuc cum modeſtia ⁊ audit. Attēde non iterrumpit verba angeli: ſ illa ſuſcipit cū multa reuerētia.

Tertia cōſideratio dr̄ exēpli admiratio. Angelus. n. vt virginē clari⁹ informaret exēplū ſibi ꝓponit: qd̓ fuit efficaciſſimū triplici ratione.

Primo rōe claritatis.

Scd̓o rōe fecūditatis.

Tertio rōe poſſibilitatis.

Primo fuit ex.ͫ illd̓ efficaciſſimū rōe claritatis: q2 nō erat obſcuꝝ nō de ꝑſona icognita: nec de extranea ſeu ꝑegrina: ſ de ꝑſona notiſſima ⁊ ꝯiūcta. Ecce inquit Heliſabeth cognata tua. 2°. fuit efficaciſſimū rōe fecūditatis. mirū q̄ppe videtur ſi ſterilis cōcipiat: ſ multo maius ſi concipiat in ſenectute. ꝓpterea dixit angelus. ipſa cōcipiet filiū in ſenectute ſua: ⁊ hic menſis eſt ſextus illi. ſ. menſi: in quo ipſa concepit: que vocatur ſterilis. Quia eius ſterilitas ſic erat nota vt uocaret̄ ſterilis. 3°. fuit efficaciſſimū rōe poſſibilitatis. cū. n. maius ſit v̓ginē cōcipē q̄ ſterilem. Jō angelus inducit rōis efficaciam ex dei oīpotētia: q2 ñ erit īpoſſibile apd̓ deū oē verbū: qui dixit ⁊ facta ſūt.

Quarta conſideratio fuit humilis reſponſio. dixit aūt Maria ad angelū fiat mihi ſm verbum tuū: que reſponſio fuit gratiſſima.

Primo deo.

Scd̓o angelis.

Tertio hominibus.

Primo fuit hec rn̄ſio gratiſſima deo qui ad ſuū vteꝝ deſcēdere ſtatim dignatus eſt: ⁊ quē celi ⁊ terra capere non poterāt uerbis iſtis Maria clauſit in ſuo vētre. O incogitabilis v̓tus Marie v̓ginis. O ieffabilis clemētia creatoris. O icōprehēſibilis altitudo myſterioꝝ dei. Una mulier hebrea fec̄ inuaſionē in domo regis eterni. Una puella ⁊ ſic diuinā ſapiētiā circūuenit ꝓpterea de ea conqueritur deus dicēs Can. 4. Uulneraſti cor meū: ſoror mea ſponſa mea. vulneraſti cor meuꝫ in vno crine colli tui: ⁊ in vno oculoꝝ tuoꝝ. Ubi glo. pro amore tuo carnem aſſūpſi: ⁊ vulneribus primis in cruce vulneraſti cor meū. nā ꝑmogenita filij ſui fuit: pluſq3 pro ea redimenda in mundum venit q̄ pro omni alia creatura. ex virginis g̊ carne deus ſlēs dico ſummam altitudinē veſtiuit humilitate. ſūmā deliciā veſtiuit pēalitate. ſummam opulētiam defleuit paupertate. ſummam lucem veſtiuit tenebris ſummum honorē veſtiuit obprobrijs ſummū amabile veſtiuit flagellis. qd plura! Hodie virgo ſacratiſſima dicit. Congratulamini mihi omnes qui diligitis me: q2 cum eſſem paruula placui altiſſimo. Placuit certe: quia dixit Ecce ancilla domini. non dixit ecce regina. ecce mater. ſed ecce āčilla. O humillima virginis oblatio: qua ſe in ancillam dei totam obſequioſam reddebat. Secūdo fuit hec reſpōſio gratiſſima angelis qui virgineū cōſenſum expectabāt. quiſnā explicet q̄to gaudio ſint repleti cuꝫ iam virginem audiebant dicētē. Ecce ancilla domini. letabantur quidē iocundabant̄ ⁊ exultabāt. 3°. fuit hec rn̄ſio g̃tiſſima hoībus quib⁹ per Mariā ſalus mittebat̄ a dn̄o. O Adam. O Eua patres generis humani. O Abraam. O Iſaac. O Jacob. O Iſaia. O Hieremia. O ſancti patriarche ⁊ ꝓphete. Dicite mihi queſo. dicite cum virgo locuta eſt uerba ſalutis noſtre: ſenſiſtis ne aliquid audiuiſtis. puto enī q angeli ad vos deſcendentes voce amena dixerunt. Gaudete patres ſancti: q2 hodie puella vna illa quaꝫ ꝓphetaſtis: ⁊ in figuris pronūciaſtis a domio requiſita reſpōſum prebuit. Ecce ancilla domini ⁊ iā incarnatū eſt i ea verbū diuinuꝫ. puto etiā claritatis inſolite radiuꝫ ei⁹ apparuiſſe: nūc ſe trahendo: nūc ſe reddendo. O qualis fuit ⁊ q̄ magna iubilatio tunc illorum qui ſedebant i tenebris. Quinta ꝯſideratio dicit̄ uerbi diuini incarnatio. Scd̓m. n. Jo. Damaſ. poſt virgineū conſēſum facta ſūt tria ſimul ⁊ ſemel. Primū corporis xp̄i organizatio. 2°. anime creatō. 3°. corpis ⁊ aīe cū diuinitate vnitio. Aſſūpſit. n. verbū totum hoīem ⁊ nō prius corpus q̄ aīam: ſ ſimul vt docꝫ

magiſter i tertio. di. 4. Ex qua vniõe
deus homo factus eſt in vtero virgi-
nis: ⁊ virgo facta eſt mater dei: quod
dicere ſtupeo. certe nec valeo exprime
re rem tam grandem. quid factum eſt
in te o virgo glorioſa cum ſenſiſti tuũ
vterum tali filio decoratum. O quan
ta fuit tunc omnium tuorum ſenſuum
interiorum ⁊ exteriorum mutatio. Il
lum certe habebas: qui in celis cũ pa
tre regnabat. Illum tenebas: qui ſi-
mul cum patre ſpiritum ſanctum inſpi
rabat: ſecum iam ſumus: ⁊ amplius non
deſperabimus. Iuua nos virgo piiſſi
ma: ⁊ ad tuum filium pro nobis por-
rige preces: vt nobis gratiam ſuã lar
giri dignetur: qua valeamus ſua co-
gnoſcere beneficia. ⁊ ſibi poſſumus ac
filio in hac die gratias condignas re-
ferre: qui humilem ſe tibi dedit: qui ẽ
benedictus in ſecula ſeculorum. Amẽ.

Sermo de predeſtinatorum numero
⁊ damnatorum.

Multi ſunt vocati: pauci vero
electi. Math. 20. c. Verba q̃
reuerẽtijs vr̃is ſunt pposita
dilectiſſimi in xp̃o Ieſu: ſunt ipſius dñi
Ieſu: que ſi omnes vani attente penſa
rent ac ſubtiliter diſcurrerẽt timendi
deum cauſam haberent. quid. n. põt
tanta efficacia timorem incutere: q̃ p-
fata verba ore veritatis ineffabilis p
lata conſiderare? Quis enim non paue
ret? quis non obſtupeſceret? qui vide
ret ſuum regem populos ſibi ſubiectos
omnes ſine defectu coram ſe adducen
tẽ: ⁊ ex tanta multitudine paucos ad
gloriam eligentes. Reliquos autem i
confuſione ignominia ⁊ tormento re-
linquentem. O quantus timor. O q̃tus
fletus. O quãtus gemitus tales cõpre
henderẽt. Sed que inſania hominum
patz nũc cõtrariũ. Nam ſi ſigillati oẽs
interrogentur infideles an ſint electi
ad ſalutẽ: quaſi oẽs dicerẽt. ſumus. Si
militer et iudei idẽ dicerẽt. verum quidem
quid xp̃ianis loquar: quorum fides ẽ me
ritiſſima: nõne id ⁊ ipſi i oibus malis
viuẽtes: tñ credũt ſe miſericordiã dei
conſecuturos. Interroga queſo i om-
ni ſexu: ⁊ in oi etate cõditiõe gradu ac
dignitate: neminẽ fere inuenies etiam
ſi in malo perſeuerẽt: qui ſe non putet
electum: ⁊ hoc euenit: q2 parti ignorãt
lumẽ veritatis: partim q2 pprij amo-
ris fallacia decipiuntur: partim demo
nis: q2 diabolica ſuggeſtione fallũtur.
Nam plerũq3 etiam fatui ſe ſapientes
exiſtimant: ⁊ q2 claros non habẽt ocu
los vmbrã iteriorẽ p veritate recipi-
unt: ⁊ ſepe ſomniãtes putãt ſe vigila
re: ⁊ eſſe vera que ſomniãt. Sic mul
tis vocatis a deo euenit qui nunc cre
dunt ſe ſaluari: ⁊ dãnabuntur: q2 dicit
ſaluator: Multi ſunt vocati. pauci ve
ro electi. nõne vides in omnibus rebus
ex.ᵗᵉ: q2 illud qd̃ ẽ deterius plus habun
dat: ⁊ in fine ſermonis dicet. ſi nunc ca
pe exemplum in piſcatoribus: q2 vt plu
rimum plus immũdicie: ⁊ piſcium inuti
lium in rethe capiũt q̃ ſint boni piſces
hoc confirmat diua auctoritas. Ma
thei. 14. Simile eſt regnum celorũ ſe
gene miſſe in mari uſq3 i caminũ ignis
Ecce q̃ beati ponuntur in vaſis qua
ſi in modico loco morantes propter
paucitatem: ſed mali proficiuntur in
[illegible] propter multitudinem.
O. peccator conuertere ⁊ conſidera
quid ſignificet. Multi ſunt vocati ⁊c.

Sed licet nequeat mẽtiri. tñ q2 eius ſa-
cratiſſima dicta ab ignorãtibus male
intellecta ſepenumero aberrare deci-
piuntur. Ideo pro luculentiori the-
matis noſtri declaratione tria in hoc
ſermone notabimus.

Primũ dr̃ oppoſitio.

Secũm dr̃ declaratio.

Tertium dr̃ cõfirmatio.

Capie primũ qd̃ eſt oppoſitio. qui-
dã. n. videtur opponere q̃ non pauci
ſed multi ſunt electi: ⁊ hoc triplici opi
nione probare uidentur.

Prima dr̃ inclinatõis.

Scd̃a dr̃ reuelatõis.

Tertia dr̃ p̃deſtinatõis.

Prima opinio dicit inclinatõis: ⁊
eſt talis. Omnia que ſunt inclinãt ad
agẽdum ſm bonitatẽ ſue nature lo-
quẽdo naturalr̃: vt patet in creaturis
inſenſibilibus ⁊ ſẽſibilibus: q̃ magis q̃ nos ſe
quũt nẽ ſue icliationẽ. vñ phs. 4. eth.
ait. Vnuſquiſq3 dirigit opa ſua ſ3 opti-
mum eorũ que ſũt in ipo: ⁊ Boe. li. 4.
de cõſol. proſa. 4. inqt. agit. n. cuiuſq3
natura qd̃ propriũ eſt ei diffinire. g̃ ⁊
deus cuius eſſe ẽ pfectiſſimũ iclinat a bo-
nitate ſue nature: vt agat ſm eam. nã
ſi alia agunt hoc a fortiori deus. hoc
patet. 2º. metha. vbi dr̃. Q̃d ẽ cã alio
rum vt ſint talia illud maxime ẽ tale.
exẽplũ. Ignis qui cũ ſit cã calefaciẽdi
aquã vel alia agũt ſm inclinatõem ſue
nature. ipſe d3 agere ſm ſuã imo ma-
gis: q2 teſte Proculo qui dicit de cau
ſis auctor. Quicquid põt cã ſcd̃a: põt
cã prima nobiliori ⁊ altiori modo. ad
hoc cõmentator. 2º metha. ait. Prima
cã ẽ magis digna i eẽ ⁊ vir tute q̃ oia
alia entia. q2 oia alia entia acqrũt eſſe
⁊ virtutẽ a prima: ſed que eſt iclina-
tio nature dei miſericordia. hinc dicit
in pſal. Apud dñm miſericordia: ⁊ co
pioſa apud eũ redẽptio: ⁊. 26. q. 7. ⁊
allegat de peni. di. 1. Miſericordie do
mini nec mẽſuras ponere poſſumus nec
tpe diffinire. Ecce q̃ inclinat ad miſe-
rendũ ſm naturã. g̃ deb3 pluribus miſe
reri: ⁊ cõſequẽter plures eligẽ q̃ dã-
nare. verum rñdere quis poterit q̃ etiã hõ
iclinat ad miſericordiã teſtãte Iaco. 2.
c. ſue cañ: vbi ait. Superexaltat autẽ
miſericordia iudiciũ. ⁊ de peni. di. 1. c. q2
deitatis: ⁊ ſunt v̄ba Hiero. vbi dicit.
Deitati nã clemens eſt: ⁊ pia. magis ad
indulgẽtiã q̃ ad vindictã pna. q2 nul
lum vult mortẽ peccatoris: ſ vt ma-
gis cõuertat ⁊ viuat. Scd̃a opinio dr̃
reuelatõis. arguẽdo namq3 p talibus di-
co q̃ plres ſaluẽtur: q2 in diuinis ſcri-
pturis inuenit q̃ plres ſaluant. Nam
omnes electi ſignificant i pmiſſionibus
factis ad Abram a deo: ſic ſancta ma-
ter eccleſia canit. Signifer ſanctus Mi
chael repñtet eas i lucẽ ſanctã: quam
olim Abrae promiſiſti ⁊ ſemini eius:
ſed ſemẽ electorum ẽ ampliſſimũ. Nam
Gen. 12. dixit deus Abrae. Egredere
de terra tua: ⁊ de domo patris tui: ⁊
intulit di. faciam te recreſcẽ in gentem
magnã. Itẽ. 13. c. iterum di. faciã ſemẽ tu
um ſicut puluerẽ terre: quẽ ⁊ ſi homo
põt numerare: ſemẽ quoq3 tuũ nume
rare poterit. ⁊ 15. c. anteq̃ Abraã filiũ
haberet educẽs eum foras dixit. Su
ſpice celũ: ⁊ numera ſtellas ſi potes: ⁊
dixit ei. ſic erit ſemẽ tuũ. Ecce quot ſũt
electi ſignificati i ſemie Abrae. Hinc
Iob. 15. di. Nũquid numerus militũ eius
quiſ. Non. ⁊ Dauid inducit ex.ᵗᵉ
ſi

patri ði. Dinumerabo eos: ⁊ ſup are
nā multiplicabuntur. Siſr Jo. apoc.
.7. b̄ teſtatur ði. Audiui numeꝝ ſigna
toꝝ. 144000. ſignati ex oī tribu filio/
rū iſrl. Ex tribu Juda. 12000. ſignati:
vſq ibi ſtantes ante tronū ðei. Ecce
quāta ē electoꝝ multitudo: propt̄ea
doctores ſācti in ſuis opinionib⁹ licet
ſint varie. tn̄ oſtendunt multos ſaluā
dos. Magiſter nāq ſen. in. 2. ði. ðicit
hominē eſſe factū int̄ alias cauſas ꝑ
reſtauratione nature āgelice. vn̄ ⁊ in
ði. 9. allegat Gre. ði. Superna illa ci/
uitas ex angelis ⁊ hoīibus cōſtat: ad
quā tātos humani generis aſcendere
quātos illic cōtingit angelos remāſiſ
ſe: ſicut ſcriptū eſt. cōſtituiſti terminos
populoꝝ iuxta numeꝝ filioꝝ: ſiue an
geloꝝ. ⁊ hoc exponit ipſe magiſter ði
cēs. Nō iuxta numeruꝫ eoꝝ qui cecide
runt: ſ; eoꝝ qui remāſerūt: ⁊ iuxta iſtā
opinionē cum ſint angeli pene inume
rabiles ſequit̄ ꝙ tot erūt hoīes q ſal
uabuntur. Nā ðe angelis ðicit Jo. in
apoc. Millia milliū miniſtrabāt ei ⁊
ðecies centena milliū aſſiſtebāt ei. Itē
ði. 40. magiſter ponit aliā opinionem
que ē Aug. 22. li. ðe ci. ðei ði. De mō
tali progenie iuxtaq ðānata tn̄ po/
pulū ſua gratia collegit: vt tantū ſtir/
pe reſtaureſ: parteq lapſa angeloruꝫ
ac ſi illa ðilecta ac ſupna ciuitas non
fraudetur ſuoꝝ numero ciuiū. qn̄ eſt
fortaſſis: ⁊ habūdātia letet̄. Itē ibi/
dem ponit aliā opinionē ðicens ꝙ ſa/
lus ruine angelice per v̄gines reſtau/
rabitur. ðe ceteri. aūt hoīibus ſūt tot
ſaluādi: quot ſunt angeli qui remāſe/
runt. ⁊c. Eſt alia opinio Boñ. in. 2°. ði.
.9. que vr̄ oībus verior. ait. n. ꝙ cū ſint

.9. angeloꝝ ordies ðebēt ad ipſos ho
mines aſſumi ꝑ meritoꝝ cōditōe. ⁊ iō
non tm̄ aſſumunt̄ ad ipſos v̄gines cū
etiā multi corrupti carne in merito ml̄
tis v̄ginibus preferūt̄ ſicut patꝫ in be
ata Maria magdalena: ⁊ Petro aplō
qui multis v̄ginibus vtriuſq ſexus p̄/
ferūtur: ꝓpterea ðr̄ ꝙ mlti ðū fuerūt
in hac vita: non fuerūt tanti meriti ut
poſſent aſſumi ad angeloꝝ ordines: q
tamē ſaluati ſunt merito paſſiōis xpi
⁊ ðe ipſis fit. 10. ordo: ſicut oīb⁹ ſigni/
ficatū ē tpe Eze. regi Jude qn̄ a ðo im
petrauit ne moreretur: tunc ſol ī ſig^{m}
exauditōis ðecē gradib⁹ ðeſcēdēs re/
tro gradiens in horalogio adiā: ſicut
patet. 4. regū. 20. c. Sic xp̄s ſol iuſti/
tie noue relictis angeloꝝ ordinib⁹ ad
ðecimū generis humani ðeſcēdit: qð ī
ðecima ðragma ðeſignatur: ðe q̄ Luc.
.15. ðr̄ ꝙ mulier: ſi ðeitas ſine ðina na/
tura admiſſa r̄quiſiuit ðomū. i. huma/
nā naturā paſſiōe ſubuertēs. Ecce iſti
opinionib⁹ adhuc ꝓpoſitō ſaluādi nu/
mera eos ſi potes. g̊ non pauci vocati
ſiue electi. g̊ multi. quomō g̊ itelligen/
da eſt veritas. Multi ſunt. ⁊c. Ter/
tia opinio ðr̄ p̄deſtinatōis: ⁊ arguit̄
ſic. Aut ðeus predeſtinauit oēs: aut ꝑ
tem. Si oēs. g̊ omnes ſaluabūtur: q
p̄deſtinatio eſt origo ⁊ fundamētum
habens ſalutē. vt colligit̄. ði. 35. primi
ſentē. ⁊ 23. q. 4. c. Nabuchodonoſor
Preterea arguitur. De⁹ ē imutabilis.
ſi g̊ oēs predeſtinauit: oēs ſaluabit. q
eius voluntas non pōt mutari. iuxta
illud qð ðr̄ ðe regl. iur. li. 6. Qð ſemꝉ
placuit amplius ðiſplicē non poteſt.
Si autem ðicis ꝙ non omnes prede/
ſtinauit ſed partem: ⁊ ego: q nō oēs

Et probatur ꝙ non ſit verum. Pri
mo ſic: eſſe videt̄ ꝙ ðeus eſſꝫ pſoaꝝ
acceptor: ⁊ hoc negat ſcriptura. vnde
actuū Petrus ait. In veritate cōperi
qm̄ ðeus nō ē pſonaꝝ acceptor. Item
.23. q. 4. c. ſicut. ⁊ ðe cōſe. c. nequaq̄.
⁊ ex. ðe preben. c. venerabilis li. 6. ðr̄.
Nā generis virtutū nobilitas viteq
honeſtas gratū ðeo faciūt ⁊ idoneuꝫ
ſeruitorē. ad cuius regimē nonnullos
nobiles ⁊ ignobiles: pauperes etiā po
tentes amiſit: eo ꝙ nō eſt apud ðeum
perſonaꝝ acceptio etiā ſcribit̄ Jo. 2. c.
Non eſt pſonaꝝ acceptio apud ðeū.
⁊ ſap. 2. Equalit̄ eſt ei cura ðe oībus.
⁊ Math. 8. Solē ſuā oriri facit ſuper
bonos ⁊ malos. Secdō pbat̄: q oēs
ad pniam uocat: ſicut ðicit Apo. 1. thi.
p̊. ꝙ ðeus vult oēs hoīes ſaluos fieri.
Vult g̊ oēs: ⁊ nō partē. vn̄ idē apoſ.
Ro. 8. ait. Scim⁹ qm̄ ðiligētibus ðeū
oia cooperaſ in bonū his qui ſ̃ꝫ ꝓpo
ſitū vocati ſunt ſancti. Nā quos pre/
ſciuit: ⁊ predeſtinauit conformes fieri
imaginis filij ſui: vt ipſe primogeni/
tus in multis fratribus: quos aūt pre
deſtinauit: hos ⁊ vocauit. ⁊ quos uo
cauit: hos ⁊ iuſtificauit. ⁊ quos iuſti/
ficauit: eos ⁊ magnificauit. Quid g̊ ði
cemus ad hec. Si ðeus ꝓ nobis: qs cō
tra nos? qui etiā ꝓpo filio nō pepercit
ſed ꝓ nobis oīb⁹ tradidit illū. quō et
cū illo oia nobis ðonauit.

Ecūdū myſteriū ðr̄ ðeclara/
tio. Ne g̊ in errore mens paꝝ
intelligētiū permaneat ex p̄/
fatis videbimus tres cōcluſiones cō/
tra ꝑmas tres opiniones: quarū.
Prima contra inclinatōem.
Secda ꝯtra reuelationē.

Tertia contra p̄deſtinationē.
Prima cōtra iclinatōeꝫ ðicebatur
ꝙ ðeus ðebebat plures ſaluare q̄ ðā
nare: q ei⁹ nā magi. inclinata eſt ad mi
ſerendum q̄ puniendū. Rndeo ꝙ ve/
rum eſt quātū ad effectū: non q̄tū ad
nām: q nō ē ðīus ī nā: ſ; tn̄ nō ſequit̄
ꝙ oēs uel plures ſaluētur: q regl̄a in
telligit̄ ſtātibus termis ipſi⁹ nā e. Lex
nanq eſt ꝙ ðe⁹ ſaluaret oēs ſiue mul/
tos ſi ipſi ſe ðiſponerēt. ſed q non ſe
ðiſponūt. iō natura nō ſaluātur: patꝫ
hoc ex° mltiplici. Nam cib⁹ nālr habꝫ
p̄bere nutrimētū. ſ; tn̄ nō p̄bꝫ in illo q
nō hꝫ ðigeſtionē: lumē hꝫ illuminare.
ſ; tamē no illuminat cecoꝝ oculos: me
dicina hꝫ ſanitatē ðiſponere: nō tn̄ cu
rat mortuū: ⁊ h̄ nō ex culpa actiuoꝝ:
ſed ex defectu paſſiuū. q nō ſunt ði
ſpoſiti. vn̄ hoc idē cōfirmat pħs. 2. ðe
aīa. ði. Actus actiuoꝝ ſūt in patiente
bene ðiſpoſito. Sic ðico ꝙ ðei natura
licet ðe ſe ſit inclinata oībus miſereri.
tn̄ nō oībus miſeretur: q ñ ſūt ðiſpo/
ſiti ad ſuſceptionē ipſius. hinc auctor
ðe cauſis ait. Pria cā ē ſuperior: ⁊ ſē
per ē ſine varietate, ſed cāe lcōe nō re
cipiūt v̄tutē pme nñ ſ̃ꝫ attigētiā. g̊ ñ
valet ar^{s}. g̊ ⁊c. Secda ðeclaratio ē
ꝯtra reuelatōem. Nā ðicebat̄ ꝙ pl̄es
ex reuelatōe ðemōſtrāt̄ ſaluari q̄ ðā
nari. Rndeo ꝙ ðe electis ē loqui ðu/
pliciter. ſ. abſolute ⁊ reſpectiue ſiue cō
paratiue. Prio mō electoruꝫ ē maxia
multitudo. nōne tibi videntur multi
tot ꝓphe: tot martyres. tot ꝯfeſſores
tot v̄gines. tot cōtinentes. ⁊ caſti. ⁊
ſic habent intelligi iſte auctoritates:
doctoꝝq opiniones. Scdō in cōpa
ratōe ſiue comparatie loquēdo. ðice

ꝙ electi ſunt pauciſſimi : ſi boni malis
cōparāt pauciſſimi inueniūt. Nā ſi gl'
ex magno mōte harene: vel ex littore
maris ſum͛et pugillū harene: harena
illa grādis diceret abſolute: q2 grana
illa cōtēta eſſet īfinita: ſed cōparādo
ad illa que ſunt ī mōte : ſiue in littore
maris dicent pauca: ſic ē de electis: nā
multi ſunt abſolute: ſ in cōparatione
dānatoꝝ pauci: ⁊ iō deus abſolute lo
quēdo dicit ad Abraā. ꝙ ſemē ſuum
multiplicaret ſicut puluerē: ⁊ ſicͭ ſtel/
las celi. ⁊ in cōparatōe loquēdo fuit
dictū deutero. 22. Ecce oēs electi in
manu dei ſunt: tam pauci ſunt vt poſ/
ſint ſtare. Hinc ſap. 3. dī. Juſtoꝝ aīe ī
manu dei ſunt. ⁊ ſic patet. 2ª ſolutio.
Tertia declaratio ē cōtra p̄deſtia
tōem: vbi dicebat ꝙ aut de⁹ oēs ele/
git: aut predeſtinauit: aut partē. ⁊ ſi
oēs. ḡ omnes erant ſaluādi. ⁊ ſi partē
hoc erat falſum: tū q2 nō ē perſonarū
acceptor: tū etiā q2 vult oēs hoīes ſal/
uos fieri. Rndeo dō ꝙ non omnes p̄/
deſtinauit. Nam predeſtinatio eſt tm̄
bonoꝝ. vn̄ mgr̄ i. di. 40. ait. Prede/
ſtinatio eſt quedā cōparatio qua ele/
git quos voluit an̄ mūdi ꝯſtitutōem.
Sed dicis. ḡ ē perſonaꝝ acceptor. ſili
ter etiā ſequit ꝙ nō oēs vocāt: vt dic
Apo. Dico ꝙ nō ſequit. Nam ipſe ex
hoc nō acceptat pſonas: ſed merita: ⁊
dānat demerita. ⁊ ideo nō omnes p̄/
deſtinauit: q2 p̄uidit quoſdā in pecca/
to duraturos: illos tm̄ predeſtinauit
quos beatificādos cognouit. Vn̄. 23.
q. 4. c. Nabuchodonoſor. Aug⁹ ait.
Vires obediētie nō iō cuiuſq3 ſubtra/
huntur: q2 eum non predeſtinauit. Sz
ideo eū nō predeſtinauit: q2 receſſurū

ab ipſa obedientia preuidit. Et idem
dī q2 p̄ſciti ſūt caſſuri: non ſunt p̄deſti
nati ſi eſſent reuerſuri. Ecce ḡ ꝙ deus
nō cōſiderat in predeſtinatōe pſonas
ſ merita. Qd̄ aūt dicebat ſm Apoſ.
Q2 deus vult oēs hoīes ſaluos fieri.
ꝛc. Rndeo ſm doct. ⁊ maxime ſm Jo.
Dama. ⁊ Alex. de ales. Q2 in deo dī
eſſe duplex volūtas: nō reſpectu volē
tis: ſ rſpectu voliti. Vna dī ātecedēs
altera cōſequēs ſiue cōditionata vo/
luntas. Antecedens eſt in qua vult
deus oībus miſereri. ⁊ vult oēs ſalua
ri. vocat. n. nos cū illa ad pniam oēs
. ſ. iudeos. paganos. ſarracenos. ⁊ q̊ſ/
cūq3 peccatores clamat in vitā eternā
ſ illa non ſequit effectū ſuū ꝓpter re/
bellionē liberi arbitrij noſtri. Clamat
deus volens ſaluare aīam meā. ⁊ libe
rū arbitrium rn̄dit. nolo. Exemplū de
Rege qui p̄tiū ſoluit ꝑ liberatōe ſuo/
rū ciuiū: ⁊ parat naues: vt in patriam
eos reducat a captiuitate: ⁊ oēs a uin
culis liberare ac ſoluere. Sed quidā
cōtēnunt. ecce ꝙ ſarraceni. iudei. ⁊ ce/
teri obſtinati peccatores nolūt exire
de carcere infidelitatiſ : ⁊ male volūta
tis: ſ tn̄ deus pretiū ꝑ oībus ſoluit re/
dempturis: ⁊ omnibus vult miſereri.
vn̄ Apo. teſalon. 5. Fact⁹ eſt oībus ob/
tēperātibus cā ſalutis ⁊ abſolute vo
luntatis. Idem apo. i. Thi. 2 ait. Hoc
bonum ⁊ acceptū corā ſaluatore no/
ſtro. Ideo qui vult oēs ſaluos fieri
ad agnitionē veritatis peruenire qui
dedit ſemetipſū pro omnibus. Alia
volūtas dī cōſequens: ⁊ ſm iſtam vo
luntatem nō vult oēs hoīes ſaluos:
q2 cōtradicit diuie iuſtitie: q2 vult oēſ
ſaluare q gradiūt ꝑ ſemitā mādatoꝝ

ſuoꝝ. ⁊ damnare eos qui ambulant ꝑ
vias non bonas niſi retrahāt pedem.
Exēplum de Rege qui ſuos ciues di/
ligit: ⁊ oībus ſalutem optat: ⁊ quāq̄
velit oēs ſaluos eſſe. tn̄ vult quoſdā
qui nefanda cōmiſerūt ſupplicijs tra/
dere: ſic eſt de deo: ſed dicit aliqs no/
lo aliquid boni agere: q2 ſi ſum p̄deſti
natus omnino ſaluabor. Tace ſtulte:
q2 deus te p̄deſtinauit : ꝙ tm̄ vult te
laborare vt ſalueris. vn̄ magiſter in p̄
di. 46. ait. Predeſtinatio eſt ſalus ex
inductōe meritoꝝ. ⁊ 23. q. 4. c. obtine
dī. Ipſa quoq3 perēnis regis p̄deſti/
natio ita ab oīpotēti deo poſita eſt :
vt ad hanc electi non niſi labore pue/
niant quatenus laborando mereant
accipere qd̄ eis oīpotens deus ab et/
no diſpoſuit dare. Itē ſicut ſpectator
oſtēdet viā bonā trāſeuntibus : ⁊ ne
mala via: que eſt a ſiniſtris teneat: nō
eſt cauſa vt in ea occidātur a latroni
bus: ſic deus ꝑ p̄deſtinatōem nō ē cā
dānationis alicuius. Nam ſtultus eſ/
ſet ille qui velit dicē. Si debeo mori
moriar: ⁊ ſi uiuere viuā. vnde Augu.
23. q. 4. c. Nabucodonoſor. ait. Ma/
lis ire nunq̄ deus redderet interitū: niſi
ſpōtaneū inueniret homo habere pec
catū: q2 nec deus peccāti homini iuſte
inferret irā. ſi homo ex p̄deſtinatione
dei cecidiſſet in culpā. ⁊ idē infra in. c.
non grauis. ait. Non ḡ neceſſitas fac
correctōis: vel obduratōis diuina pre
deſtinatio ſiue p̄ſcia: cū3 boni ꝑ grām
corrigantur libero arbitrio: mali pere
unt. ꝛc. Hoc ſatis patet: ꝙ non ſequit
ꝙ deus debeat multos vel omnes p/
pter p̄deſtinationē ſaluare. ſ bn̄ viuē/
do ⁊ operando.

Tertiū myſterium dicitur cō/
firmatio. Annūcio vobis ma
la noua: q2 verificatur ſermo
Jeſu Chriſti: qui dicit Multi ſunt uo
cati. ꝛc. q2 vt certi⁹ confirmetur: tertia
confirmatione demōſtrabitur.
Prima dicitur exemplificatōis.
Scda dī teſtificationis.
Tertia dicitur malignationis.
Prima cōfirmatio dicitur exēplifi
cationis. Nam ſi inueniuntur omnia
exempla tam naturalia q̄ diuinalia ⁊
moralia. īueniremus ꝙ plures rn̄dēt
ad penā q̄ ad glīam. Primo enim con
ſideremus nālia exª. Videmus. n. ꝙ in
iſtis que naturaliter fiunt plus mali/
cie habundet q̄ bonitatis. vn̄ facilius
eſt deſtruere q̄ edificare. perdere q̄
inuenire. occidere q̄ reſuſcitare. Nam
vno āno conficitur panis: ⁊ vno mo/
mento quaſi deuoratur. multis annis
homo perficitur: ⁊ modica hora ꝑdit
⁊ occidit. Quare hoc quia natura eo
rum facilius ducitur ad malum. Item
videmus ꝙ plus eſt terra inculta q̄ cl'
ta: plus aque mariſ q̄ dulces. plus ſūt
immunditie que ex frumento vino ⁊
oleo exeunt q̄ ipſi fructus. plus lapi/
des edificiorum q̄ precioſi: ſic reprobi
q̄ electi. Item cernimus ꝙ in his reb⁹
que vſui nature ſunt difficilia ad ha/
bendum pauca perueniunt : vt in ſcie
dignitatibus ⁊ huiuſmodi : ⁊ hoc q̄/
re: q2 precioſa difficillime poſſidentur.
Sic ḡ. ⁊ gloria celeſtis a paucis eripit
q2 glorioſiſſima eſt. Vnde ait philoſo
phus. Malum eſt facile: difficile ē bo
num. Secūdo conſideremus diuia
exempla: que fiūt in figura ſaluādorū
paucitatis: lege. Gen. 7. c. Inuenies ꝙ

tp̄e diluuij pauci.i.octo aīe utriuſqꝫ ſe
x⁹ hoīs ſaluate ſūt in archa Noe. Inſu
per Geñ.19. ſimilit̄ inuenies ꝙ ex Go
morra ⁊ Sodoma ſol⁹ Loth cū uxo/
re ſua: que retroſpexit in ſtatuā ſalis
mox cōuerſa fuit. Itē ſi bene legis iue
nies ꝙ ex mille except̄ꝭ paruulis ⁊ mu
lieribus: ⁊ nemo eoꝝ.20. ānis niſi Ca
leph ⁊ Ioſue itrauerūt terrā ꝑmiſſio
nis. O peccator cōuertere: qꝛ multis:
īmo oībus terra viuētiū promiſſa eſt:
⁊ tū pauci intrāt: pauci effugiūt interi
tū huius ſeculi: qꝛ nolūt ſibi prouidē.
Et⁹ cōſideremus exempla materialia.
Nam legit̄ ꝙ ſanctus Bernardus.15.
dies poſt mortē ſuā apparuit cuidaꝫ
monacho: cui inter alia interroganti
dicit ſi difficile eſſet ſaluari vt ſcriptu
ra teſtat̄. Rndit ꝙ veꝝ ē. ⁊ intulit. d.
ꝙ ea die q̄ ex hac vita migūit.43000
hoīum receſſerūt. ⁊ ſolūmō ego cum
quodā heremita vitā celeſtē intraui.
⁊ quidā bon⁹ ſecular̄ꝭ penas purgato
rij ſaluādus intrauit. Refert etiā qdaꝫ
hiſtoricus ꝙ quidā monach⁹ Lugdu/
nenſis: qui fuerat in heremo ꝑ annos
tres in magna pn̄ia poſt ſuā mortem
apparuit ep̄o ciuitatis Lugdunij di.
Haha o iuſtitia dei q̄ꝫ terribilis es q̄ꝫ
ſubtilis. q̄ꝫ acuta. q̄ꝫ aſpera. ⁊ mirans
ep̄s iſtum adiurauit: vt dicēt quis eſ/
ſet: cui ille reſpondit. O Johānes age
pn̄iam. grādis.n. tibi reſtat via: eo die
quo ego diſceſſi ex hac vita trāſierūt
etiā .8. millia aīe: que oēs dānate fue/
runt: except̄ꝭ.5. duo eternā glīaꝫ: ⁊ tres
purgatoriū intrauerunt: ⁊ his dictis
diſparuit. Habet̄ ⁊ in cronicis ordīs
noſtri. Qz dū quidā frater noſter de/
uotus ⁊ ſanctus p̄dicaret ꝑtibus Ale

manie: populo ipſū audiēte: ⁊ vidēt̄
miraculoſe quedā mulier peccatrix cō
puncta tunc diuina grā mortua ē: ex
dolore occubuit: ⁊ cum finē predica/
tor ſermoni feciſſet: indixit populo: ut
vnaꝫ ſecū dn̄o funderēt preces. vt ſi bo
nū foret quid actū ſit in muliere āppa
reret. O mirabile dictu illa que mor/
tua fuerat ſana reſurrexit. rogat frat̄
vt ſi quid vidiſſet aperiret. Deū ſci/
ant hoīes ꝙ mortui mille hoīum ꝗ
oēs dānati ſunt: exceptis.4.q ad pur
gatorium deſcēderūt. O obcecati pec
catores agite penitētiaꝫ: quia iuſtitia
dei ē ſtrictior q̄ꝫ credit̄: ⁊ quid miruꝫ
q̄ꝫ creditur: ⁊ quid mirū ſi tot dānat̄
cum totus mund⁹ ſit laqueis plenus.
Nōne ſanctus Antoni⁹ abbas raptus
in ſpū vidit totū mūdum ſpinis ⁊ lan
ceis plenum: ⁊ flens exclamauit dicēs
Dn̄e quis euadet hos laqueos. ⁊ dn̄s
rn̄dit. Sola humilitas. Ecce ꝙ nemo
poteſt ſaluari: niſi fuerit humilis: ⁊ tū
paucos videmus qui illā v̄tutē ſequū
tur. hoc cōfirmat dn̄s Math.18. Niſi
cōuerſi fueritis. ⁊ efficiamini ſicut par
uuli: nō ītrabitis in regnū celorū.ꝫ.ꝛc.
Secunda ꝯfirmatio dicit̄ teſtifica
tio. Nam hoc teſtātur omnes ſcriptu
re: ⁊ doctores: ⁊ etiā pagani. Uirgilius
eni ait.i. eneidos. Pauci quos equus
amauit Iuppiter. Et Ualeri⁹ maxim⁹
Multi enim laboribus ſuſceptis: vix
eorum compotes fieri contingit. ⁊ Au
guſtinus.2. de ciui. dei. Plures homi/
nes currunt in penis q̄ꝫ in gloriā. Idē
.21.c.12. ait. Si omnes a tenebris trāſ/
fretantur ad lucem: in nullo apparet
veritas vltionis: in quibus propterea
multo plēs q̄ꝫ millia ſunt: vt ſic oñdat̄

quid hominibus redderetur iuſtitia
iudicantis: nemo recte reprehēderet.
Item libro de vero culto anteq̄ꝫ adue
niret in mundum de mundo tranſiuit
pluſq̄ꝫ quinqꝫ millia anni: quibus oēs
dānabatur: dēptis paucis de poplo
Iſrl̄. ⁊ idem eodē libro. Arbitror eni
tres mūdi partes fore dānandas: eo
ꝙ in ipſis regnant infideles: de quar/
ta aūt parte quid dicā: niſi ꝙ Job ait
Totus mundus in maligno poſitus ē
⁊ Grego⁹ ſup omel. Math. dicit. Ad
fidem plures veniunt: ſed ad celeſte re
gnum pauci conducuntur. pleriqꝫ eniꝫ
vocibus domini ſequuntur: ſed mori/
bus fugiunt. Ueniamus ad campū di
uinarum ſcripturarum. Quid dicit tu
o Iſa. c.8. Multiplicaſti gentem. ſed
non magnificaſti letitiam. ꝑma Petri
.4. c. ait. Si iuſtus vix ſaluabitur: im/
pius autē peccator vbi apparebit? O
miſer peccator mala nouella: ſi fōte di
cis. Non credo predictis teſtibus: qa
fortaſſis ut homines ſunt locuti ſaltē
xp̄o crede qd dicis dn̄e Ieſu audi Ma
th.7. Intrate inquit per anguſtā por
tam. qꝛ lata porta ⁊ ſpecioſa eſt via q̄
ducit ad perditionē: ⁊ multi ſunt qui
intrāt per eam. O peccator paupercu
le q̄ꝫ male nouelle. tu velles ꝙ dicerem
ꝙ omnes ſaluantur: ego non poſſū: qꝛ
veritas mihi contradicit. Certe ſi illa
non eſſent vera ⁊ vtilia: xp̄s ea non p̄
dicaſſet. Nam ut etiam ſalutis viam
arduam oſtenderet dicit ī eodē. c. 10.
Nō oīs qui dicit dn̄e domine intrabit
in regnum celorū: ſed qui fecerit volū
tatem patris mei: qui in celis eſt: ipſe
intrabit in regnum celorū. Multi mi
hi dicent in illa die. Dn̄e nōne in noīe

tuo ꝓphetauimus: nōne in nomīe tuo
demonia eiecim⁹: multaſqꝫ v̄tutes fe/
cimus? ⁊ tunc cōfitebor illis: qꝛ nunq̄ꝫ
noui eos. Diſcedite omnes qui opera/
mini iniquitatē. ⁊ thema dicit. Mul/
ti ſunt vocati. ꝛc. Tertia confirma/
tio dicitur malignatio. Tanta eſt ho/
minū malignitas ꝙ non mirari debe⁹
ſi pauci ſaluentur: Licet.n. vt phs ait.
De futuris contingētibus nō eſt det/
minata veritas: tū ſepiſſime ex quali/
tatibus rerum quedam futurarum iu
dicia cuncta percipimus. ſicut dicimus
de ſero rubrū celū: mane īdicat eſſe ſe
renum: ⁊ hoc plurimum verū eſt. Co/
gnoſcimus etiam ex nubiū dēſitate: uē
toꝝ fulgurum ⁊ tonitruoꝝ ex multi/
tudine: ꝙ magnā teſtantur futuram
tempeſtatem. Sīn ⁊ ipſe ſaluator cum
de tribulatione: que in orbe ventura
erat loqueretur. diſcipulis intulit di/
cens. Ab arbore autē fici diſcite para
bolam. Hec aūt dico ꝙ ex precedēti/
bus ſignis multotiens exitum cogno/
ſcimus futuroꝝ. Cum.n. totū pene ma
lum cernamus de tali vulnere peccati
ſauciatū: ⁊ plurima mortis ſigna q̄ꝫ ui
te cernamus: quid aliud de ipſo iudi/
care poſſumus q̄ꝫ malum. nōne attēto
ſermone prouerbium dicimus ꝙ īpoſ
ſibile eſt male viuere: ⁊ bene mori: ⁊
econuerſo. Nōne verū eſt quod Ge/
ne. deſcriptum ē. ſenſus ⁊ cogitatiōes
hoīs proni ſūt ad malū ⁊.12. q.i. e. om
nis etas dicitur. Oīs etas ab adole/
ſcētia ſua ꝑna ē ad malū. ꝫ hoīes qui
ꝑni ſunt ⁊ prompti pereūt. Hinc Jo.
.1.c.2. Totus mundus in maligno po
ſitus eſt. ꝛc. Cum ꝫ plura mala ſigna
damnationis in mundo cognoſcimus

vt dixi q̄ ſalutis. quid poſſumus dice
re niſi q multi ſunt vocati : pauci vo
electi. O die deus quo vadunt iudei
oēs ⁊ infideles. ad infernū : ſi qs aliť
crederet eēt hēticus. quo tendūt pue
ri qui ſine baptiſmo decedūt! ad lim/
bum. quo ēt vadūt tot heretici q ſunt
in mūdo. Orient ales. Europe. Libye.
pene oēs greci. Boſenēſes. ⁊ mlti alij
varijs hereſib⁹ implicati: ⁊ pene nō in
uenies caſtellū. ciuitas nulla ē: que nō
habeat aliquos hereticos occultos ⁊
publicos. Nā alij non credūt aiaʒ eſſe
īmortalē. alij dicūt nō eē aliā uita nec
infernū: nec paradiſū. alij aſſerūt luxu
riam non eſſe peccatū. alij putāt ſtella
rū fatū ſup liberū arbitriū hēre ptā/
tem. alij credūt mulieres in gattas: ⁊
hoīes ī lupos mutari. alij tenēt q ſpi
ritus humani ingrediuntur corpora
aliena. Alij credunt q facē incātatio/
nes nō ſit peccatū: ⁊ multi alij errores
īueniuntur: a quibus nolūt hoīes con
uerti. Oēs hi⁹ in errore ſuo obſtinati
perſiſtētes ſūt excoicati ab eccl'ia : vt
patʒ. Silr q non credūt ſacramēta ec
cleſie. Conſidera quot ſunt viri ⁊ mu
lieres in his erroib⁹ implicati . multi
publici ſ plures occulti. Iſti ḡ vadūt
in infernū. Sic modo de ignorantibus
doctrinam prelatoꝝ. confeſſoꝝ ⁊ ſub/
ditoꝝ. quanta ē multitudo: quoꝝ qlʒ
tenetur ſcire que ad eorum ſpectāt ſa
lutem ⁊ officium vt de alijs taceam .
Sunt tot qui ignorāt penitus articu
los fidei. io. precepta: ⁊ pleriq; orōem
dñicam: ⁊ quod deterius confeſſores
eoꝝ ⁊ plati ⁊ ipſi pleni ignorātia mo/
riuntur: quo iſti vadūt! ad infernum .
Quō ſcis frať Roberte! Rn⁹ q oēs

doctores ⁊ canonici: ⁊ oēs theologi
dicunt: ⁊ pcipue Tho. in .2. pte. q. 76.
Ignorantia iuris non excuſať in his q
ſūt doli capaces. pʒ etiā ex de vi. ⁊ ho.
cle. c. vt quiſq;. ⁊ de reg. iuri li. 6. ⁊ 37.
di. c. io. prohibeť in glo. ibi. ⁊ de 9ſe. di.
.4. c. vos aūt oīa. Itē quo tendūt mlť
ti qui moriūtur deſperati: multi mor
te ſubitanea qui non habēt ſpaciuʒ pe
nitendi. heu quia portantur ad infer/
num. Quo inſuper tendūt predones.
extortores. fures. luſores. dānificato/
res. vſurarij. tpis venditores. ⁊ hi⁹: ⁊
qui talibus prebuerūt auxiliū. fauorē.
conſilium: qui omnes teneť ad reſti/
tutionē. Ad infernū. Hēs ex de furtiꝭ
.c. porro. ⁊ in glo. ibi ſup v̄. ſatiſfacē.
⁊ de vſuriꝭ. c. cū tu. Itē li. 6. de reg. iu
ri. Itē .14. q. 6. c. ſi res. ⁊ .24. q. 2. c. li
gať. ⁊ de pe. di. 6. c. nemini. quo ḡ mi
ſeri uadunt! ad infernū. Quo vadunt,
mali religioſi: qui non ſeruant reglam
ſuā! ad infernū. Quot peccatores mo
riuntur ex caritatē ppter odium cum
pximo ſuo. aut ppter amorē peccādi
vel errorē ſatiſfaciēdi. aut etiā alia ſili
de cauſa: ſed tñ peniteť ppter timorē
gehēne. heu q rapiuntur ad tartarū:
q ſcriptum eſt de peni. di. 2. c. conuer
ſiones. Et ſunt verba Augu. di. Scri/
ptū eſt cōuerſionē ſine caritate ſaluā
non eſſe. Non itaq; in ſolo timore vi/
uit hō: nec ſolū opʒ timere iudiceʒ: ſed
diligere. nō ſolū timere penā: ſed deſi
derare pro glia. O igitur captiui dia
boli reuertimini ad miſericordiam dñi
temp⁹ eſt. O miſeri xpiani renegati: re
uocate vitā vr̄am ad dñm noſtruʒ: ⁊
euitate conſortia dānatoꝝ. Redite ḡ
q nemo dānať niſi p ppriā culpam: ⁊

deus nō eſt inculpādus: ſ potius nr̄a
malignitas. Nā deus nō vult quēpiā
vilē ⁊ magnū peccatorē perire: ſ ſtat
extenſis in cruce brachijs 9patiēs pec
catis ⁊ dominatōi nr̄e: vt oib⁹ largia
tur future ſue infinite miſericordie vi
tā eternam: ad quam ipſe nos condu/
cat. qui in ſecula ſeculorum viuit ⁊ re
gnat. Amen.

## Sermo de cathenis.

Vidi angelū deſcēdentē de ce
lo habētem clauē abyſſi: ⁊ ca
thenā magnam in manu ſua .
Apo. io. Infirmitates curāde dilectiſ
ſimi in xpo Ieſu: non aliť curātur: niſi
per medicinas eis cōtrarias . vtputa
infirmitates calide p medicinas frigi
das: ⁊ ecōuerſo. ⁊ hoc firmat Ari. 2.
ethi. c. Medicine habēt fieri p 9tra/
ria. ⁊ .8. Cōtraria cōtrarijs curātur .
Quare āntiquus ille ſerpens gñis hu
mani inimic⁹ vidēs hoīem illūc poſſe
conſcendere p humilitatē: vnde ipſe p
ſuperbiā corruerat 9firmat⁹ i dī odio
⁊ noſtri inuidia: ſēp querit nos pcipi/
tare: ⁊ ad baratrū vbi ipſe ē deduce/
re per frequētationē peccatoꝝ morta
lium, ⁊ quia ſcit nos per pniam ī hac
vita poſſe reſurgē: conatur multiꝭ mo/
dis in ipſis nos ligare ne reſurgamus
vt in his moriendo eternaliť peream⁹
ppter hoc dicit thema noſtrum. vʒ.
Vidi angelum. i. diabolum deſcendē/
tem de celo. i. per ſuperbiam cadētem
habentē clauem abyſſi: ⁊ cathenā ma
gnā in manu ſua. i. ligamēta ad ligan
dum animas ne vere peniteant. Et ne
eternaliter pereāt, que volentes diſ/
ſoluere ⁊ animab⁹ nr̄is extirpare : vt

poſſumus penitere. neceſſe eſt malleos
fortes habere: qui ipſas cathenas diſ
rumpant: ligamenta diſſoluāt. Sʒ q
oppoſita iuxta ſe poſita magis eluce/
ſcunt. Videamus primo cathenā ⁊ li/
gamenta: que ſigillatim per medicam
ta contraria diſſoluemus. Ex ſcriptu/
ra. n. ſacra: ut percipere potui cathena
iſta magna habet nouē nodos: quos
neceſſe eſt ſoluē: ⁊ totalr deſtruere: ut
a peccatis ſoluam⁹. vʒ.
Prima diciť īfidelitas.
Scđa deſperabilitas .
Tertia dr̄ horribilitas .
Quarta dr̄ difficultas .
Quinta dr̄ exēplaritas.
Sexta dr̄ delectabilitas.
Septima dr̄ timiditas ,
Octaua pſūptuoſitas.
Nona dr̄ lōganimitas .

Prima ḡ cathena magna ⁊ terribi
lis eſt infidelitas. Mirari. n. ſoleo tan
tam diuerſitatē hoīuʒ tā diuerſe ope
rantiū. quidā bene: quidā melius. qui
dam vero optime. Quidā male. aliq
peius. nōnulli peſſime. Sed finaliter
inuenio q iſta diuerſitas nō cauſatur
niſi ex defectu fidei: aut a diuerſitateʒ
⁊ q̈uis dicāt oēs ſe credere. nō tñ oēť
illa que credūt cōſiderāt ⁊ inueſtigāt.
Q aūt ſit verꝝ pbať per rōem. Sper
auctoritatē. Et per exēplū. Ratōe
ſic fundať ſnia Ari. in pncipio de ſen
ſu ⁊ ſēſato. Nihil ē ī itellectu qn pus
fuerit in ſēſu: qȯ per intellectū non co
gnoſciť: nec etiā p volūtatē amať. ſicut
ipſe ait in .3. de aia. Nouitas non ferť
niſi in pcognitum. ⁊ Aug⁹. io. de tri. c.
.1. Firmiſſime nouim⁹ nō niſi nota ama
re poſſe: q ſi non amantur: nec etiam

ꝓpter illud aliquid boni operatur. ſi
ġ volumus bene agere: ⁊ in uirtutibꝰ
īſudare: neceſſe eſt bonum ⁊ premium
ꝓpꝫ qḋ opamur cognoſcē: q2 finis mo
uet operātē ad agēdū. 2° phy. ꝯ ipſuȝ
bonū ſupernū: ⁊ felicitatē eternā non
poſſumꝰ naturaliter cognoſcere. ġ ne/
ceſſe eſt vt ſupernaturaliter cognoſca
mus: ⁊ hoc eſt per fidem. quāta ġ erit
fides: tāta erit cognitio. quāta erit co
gnitio: tāta erit affectio. ⁊ q̄ta erit af
fectio: tanta erit virtutꝭ operatio. ġ ḋ.
ꝑ ad vltimū q̄ta erit fides: tanta erit
opatio. Rurſus ꝑ eādē rōeȝ penā eter/
na malū eē acerbiſſimū nāl'r cognoſcē
nō poſſuꝰ. ġ ſupnāl'r ꝑ fidē. Si ġ vola
muꝰ pctā deuitare: neceſſe ē penam ad
quā pctā īducūt nos cognoſcē: ⁊ tan/
ta erit peccati deuitatio: q̄ta erit pe/
ne cognitio. Si ġ nō ē niſi ꝑ fidē: q̄ta
erit fides: tāta erit peccatoꝝ deuita/
tio: ⁊ odio. Per hanc ġ rōem pȝ ope/
ra bona ⁊ mala ꝓcedere a profectu ⁊
defectu fidei. Secūdo ꝓbat ꝑ auctorita/
tem Augu. di. Fides menſurat actōes
⁊ iuxta illud Lacti. 2. diuinaꝝ inſtitu
tionū aduerſus gētes circa ꝑncipium.
Nam dū exiſtimant dño nonulli deo
nos eſſe cure: aut poſt mortē nihil eē
futuros. totos ſe libidinibus addiciūt
⁊ dum licere ſibi putant hauriendis
voluptatibus: ſciēter incūbūt: per q̄s
ſpondentes laqueos mortis incurrūt.
Ignorant eniȝ que ſit hoīs ratio: quā
ſi tenere vellent. in primis deum ſuuȝ
agnoſcerent: virtutē iuſtitiamq̧ ſeq̄/
rentur: terrenis figmētis aīas ſuas nō
ſubſternerēt: mortiferis libidinū ſuaui
tates non appeterent. hec ille. Pro
baꝫ etiā auctoritate ſacre ſcripture

⁊ primo Moyſi dicentis 2° numeri.
quia non credidiſti mihi vt ſanctifica
retis me coram filijs Iſrael. non intro
ducetis hos populos in terram quaȝ
dabo eis. Item ⁊ Paralipomenon
.16. Probet fortitudinem his qui re/
cto ſunt corde: ⁊ corde perfecto cre/
dunt in eū. ⁊ idē eſt Thobie. 2°. Et ui
tam illā expectamus: quam dominus
daturus eſt his: qui per fidē ſuā nūq̄
mutant ab eo: Et Iſa. 6. Si non credi
deris non permanebis: quia in pecca/
tum rues. Iō dr̄ Abacuch. 2. Iuſtus
in fide ſua viuit ⁊ bn̄ operaꝫ. poſtea
dr̄ Math. 9. ⁊ Luc. 6. Confide filia: fi/
des tua ſaluā te fecit. Et Mat. 9. Se
cundum fidem nr̄am fiat nobis. ⁊. 15°.
O mulier magna eſt fides tua: fiat ti/
bi ſicut vis. ⁊ Mar. 9. Omnia ſūt poſ
ſibilia credenti etiam maxia ⁊ ardua.
⁊ Io. 3. Qui credit in eū non iudica/
bitur: qui nō credit iā iudicatus eſt: ⁊
iterum. Qui credit in filiū dei habet
vitam eternam. qui autem incredulus
eſt filio non videbit vitam eternam: ſ
ira dei manebit ſuper eū. Itē Paulꝰ
Magnificat fideȝ noſtrā dicēs. Gras
ago deo: q2 fides nr̄a ānuntiatur uni/
uerſo mundo. ad Ro. i. Item ad cori.
.10. Corde. n. credit ad iuſtitiaȝ: ore
autē fit cōfeſſio ad ſalutē. Dicit. n. ſcri
ptura. Qui credit in illum non confū
detur. ⁊ 2ᵃ ad cor. 12. ait. Si eſtis i fi/
de xp̄i uos probate per opera. ⁊ ad
Gal. 2. Nullus iuſtificatur ex operi/
bus legis niſi per fidem. ⁊ ad Ephe.
2. Gratia ſaluati eſtis per fidem. Et
.6. In oībꝰ ſumite ſcutū fidei: vt poſſi
tis oīa tela īimici extīguē. Itē ad He
bre. xi. Lapidati ſunt: ſecti ſūt: tēptati

ſunt: in occiſione gladij mortui ſunt.
Circuerūt in melotis: ⁊ in pellibꝰ cap/
nis: egētes. anguſtiati. afflicti: quibus
dignus non erat mundꝰ: ⁊ hec omnia
per fidem. Itē Iaco. 2. Quid prodēit
fratres ſi fidē quis dicat ſe habē. opa
aūt fidei nō habeat: nūquid fides po/
terit ſaluare eum. Itē i. Io. 5. c. Hec
eſt victoria que vicit mundū fides no
ſtra. patēt ġ ꝑdicta per auctoritates.
Tertio probaꝫ per exemplū q̧ qui
dā trāſiens per viā: ⁊ occurrat ei vnꝰ
amicus eius dicens. Ne tranſeas vlte
rius. quoniā inimici tui prope parati
